

SPECIMEN PHYSIOLOGICUM
INAUGURALE,
Continens

Validissima quædam rationum momenta pro positivâ
**FORMARUM SUB-
STANTIALIUM**

In sphærâ naturali existentiâ; quibus accesserunt secus cen-
sentium potiores objectiones & nostratum nervosæ iisdem
oppositæ resolutiones.

Quod

S. S. INDIVIDUÆ TRIADOS AUSPICIO,

Nec non Celeberrimæ Facultatis Philosophicæ decreto
in florentissimo Musarum Aboënsium Lyceo;

DIRECTORE

Viro Excellētissimo Preclarissimoque,

DN. M. PETRO HAHN,

Scientiæ Naturalis Professore Ordin. Præceptore &
Promotore jugiter devenerando.

Pro consuetis in Philosophiâ honoribus & privilegiis Magisterii rite consequendis,
candidæ placidæque doctorum ventilationi submissum voluit

ANDREAS E. HÄF/ W:Gothus, Reg. Alumn.

Ad diem 9 Maii, Anni 1685. in Auditorio Majori.



1881

In

Virum Pereximum,

DN. ANDREAM Haf/ W:Gothum,
Philosophia^e Candidatum, pro Magisterii honoribus, pu-
blicā de Formis Substantialibus Disputatione solerter disqvirentem,
Amicum & Patriotam Candidum ac perdilectum;

SILVULA.



Uldoris & laboris anxias vices
Hic scriptitare desino:
Tantum molestiarum, in horridi mali
Absconditis anfractibus,
Vel actionum imperviarum sensibus,
Quām multiformium nimis,
Fallentibus vanis opinionibus
Et insciis eventibus;
Vel casuum turbantibus modis vagis,
Incertiorum pristinis;
Factura vel qvas velat artes, abditis
Magni Dei recessibus;
Nec attigisse jam refert, dum sufficit
Optata gratulatio.
Nunc candidus dicendus est hic HAFVIUS,
Non irritis Conatibus
Aspirat ut Magister artium inclitus
Renunciari publicè.
Wisingianæ nam Schola de surculis
Progerminavit insitis;
Inde hoc. Athenæum appulit Finlandicum,
Qvod Aboate dicitur,
Minerva qvod fecit sacrum præ cæteris,
Amplis coruscum juribus.

An

Annis tulit magnos labores pluribus,
Donec daret suffragis
Ansam Patrum concordibus probabilem,
Ad Candidati præmia.
Jam Disputando industriam dabit suam,
Postquam rigore maximo
Probatus, Examen sacris in legibus
Iussum satis tunc præsticit.
Quare, molestiis quod auxit improbis,
Vovebimus lubentius,
Ut præmium deinde sit solatio
Ipsi, Deique gloriæ!

L. Mq; scripsit

PETRUS LAURBECCHIUS.
A. h. t. RECTOR.

Ad Egregium Philosophia Candidatum.

DN. A N D R E A M Håaf/ W:Gothum,
Pro Gradu in eadem Facultate disputaturum, com-
militonem & amicum meum per dilectum;

ANDREAS HOF,

Per anagramma:

H A S F O R E D A N,

Elaboratio :

Q uales de rerum seripſit doctus Physicarum
Formū ANDREAS HOF puto rit̄ theſes;
HAS FORE DAN; & enim dijudicat h̄i aliena
Dogmata, terḡ suum comprobat ingenium;
In physicis tria prima, Deus, Mundus, data Formas
Ausonio fuerant, HOF vale, vive bene!

L. Mq;

ENEVALD. SVEN. Q. G. A.
S.S. Theol. Doct. P. P. P.

VIRO - JUVENI

Ingenio, eruditione & morum decentia eximio.

DN. ANDREÆ Håäf/ W:Goth.

Phil. Candidato dignissimo, amico & commilitoni meo
multum dilecto;

Dum in Regio Athenæo Aboënsi pro summis in philosophia honoribus
ritè obtinendis disputatione:

HACTenus Aonidum doctis exercite curis^z,

Mox capies ausis munera digna tuis^r;

Quis Te donabunt charites blandæq; Camænæ,

Certantes donis te decorare suis^r:

Nam fueras fidus claris athleta palæstris,

Unde tuis cæptis Pallas amica favet.

Quos tibi docta cohors claros decernit honores^r,

Felici vœvoe fidere suscipias^r!

Et patriæ pergas posthac prodesse juventæ,

Vocibus ac resonent pulpita docta tuis^r.

Ut tua sic fiat notissima fama per orbem:

Et fueris summo gratior ipse DEO!

Festinus quidem lubens tamen adplaudebam

JACOB. FLACHSENIUS.

Dissertationi Pereximii

DN. ANDREÆ Håäf/

De Formâ pro gradu Magisterii habitæ, hæc pauca
cæteris impeditior subjicit:

Differù egregiæ Formæ præstantia quanam?

Vivere quâ corpus quodvis in orbe vides;

Castalides igitur Tibi digna brabæ parabunt,

Ut doctos inter nomina clara feras.

Berge ideo virtute tua sapientis & ausu

In patrios usus crescere, ritè vale!

JOHANNES FLACHSENIUS, Matbm. P.P.

In Disputationem Gradualem.

VIRI JUVENIS

Pereximii ac Præstantissimi, DN. ANDRÆ Håfs/
Philosophicæ Candidati perindustrii, Amici & Commilitis sui per-
petim dilecti;

Impiger ut fueras, Musarum culte satelles
ANDREA, in studiis, res satis id loquitur.

Collegit nostri, præclarè, tota corona.

Novit, & applaudit pluribus inde tibi.

I pede felici! merita mactabit honore,

Innuba te Pallas, præmia & ampla dabit;

Auro nempe gravem Cyclum pulchramque Tiaram;

Munera quæ docti sunt tribuenda virū.

L. Mq; utut impeditior scriptit

Dab. Raptissimè Aboz die

4. ante Calendas Majas

Anni 1685.

SIMON Tålpo/

Mer. & Log. Prof Ord.

b.t. Fao. Phil. Dec.

In Disputationem VIRI - JUVENIS, rare eruditioñis merumquè
politiorum laude conspicui,

DN. ANDRÆ Håfs/

Philosophicæ Candidati solertissimi, de Forma Physica inaugurealem,
avbοχεδιασμα:

SOI semel emeritus magnum remeavit in orbem,

Roscida sed sextum nocte Diana nitet,

Auram dum vacuam lustrasses præpete penna,

Præpete, quod laus est, ingenioque simul:

Nunc iterum exponis Formam meletemate docto,

Quæ dat distingvi, quæque dat esse rei.

Scilicet, Håfs/ rerum dum causas, pondera libras

Doctius atque Thales, Democritusque veter.,

Te mox subseqvitur decoranti germine laurus

Eunthea, quæ crispas cingit honore comas.

Qvod dedit in honoris & amicitie tesseram.

AND. WANOCHIUS, Ph. pract & Hist. Prof.

LECTURO HÆC, SALUTEM & OFFICIA, &c.

In celebriori fama Claudiu[m] bonis colligendis, omnes cogitationum nervos, mentisq[ue] aciem acerrimam figere, crebrum nunc & solenne, nec Ausonii densiori agmine aut ardentiori desiderio Lau-retana adituriunt sacra, quam florentioris Sopbia & jurati Satellites di-vum pulchre busus ac illustris Deæ domicilium. Cujus moris ac consue-tudinis haud in se damnande aliqua premere vestigia deliberantem, haud pauca deterrent, inter silentes secretosq[ue] me contineam, seu con-sultrius prolixè spadentia, Et tacito quasi demonstrationis genere innuenientia exigua valde præmia, imò ferè nulla nunc iis & honores retri-butum iri, qui fame bunc Oceanum ingenii sui velu, dipaq[ue] Palladi remigio tranare contendunt. Hujus quidem rei testem se offere gentium omnium & etatum consensus, qui adeò altas in omnium animis egit radices, ut improvisa nostra tempestate esse reprehendi vanitas nequeat, que magnis atq[ue] crebris animis per asperam virtutis Semitæ ad honoris culmæ tendentibus per quam molesta est. Nam si ultimi hujus avi genium ad equilibrium stateramq[ue] rectæ rationis pondero, illud invidie densissimâ undiquaq[ue] nube plenum invenio. Judicia sunt sinistra, voluntates nimis perverse, & affectuum immanis pugna. Quid ergo invitat ad trajiciendum hoc ancipitis fortunæ aquor? Quis unquam in vastissimâ busu mundi plagâ, præsertim in Musarum studio, tantâ felicitate, virtutuq[ue] ac fortune unanimiter conspirantium applausu rem gessisse inven-tus, qui cœca vanitatis somnia evitare valuit & perfribile frontis morsum? Quemadmodum animaleula, que in terræ penetralibus habent domicilia sua, quamdiu extra ea non divagantur, tuta se-curaq[ue] contemnunt rapacium bestiarum insultus, prodeuntia vero in-sipsi in crudelissimam prædam cedunt & rapinam; Aequali ferè modò comparatum est cum literatorum unoquog[ue], liber est & immu-nis ab omni judicio, sub tranquillo silentii conditus, in fame pro-scenium prodeuntem male sentientium colluvies calumnias appetit, ditteris lacerat, pestifera lingue spiculis pungit, mordetq[ue]. Et quam-vis pura aliquis benevolentia & serenus sol latè se ostendat, & le-nior Zephyrus aliquantulum adspiret, ex transverso tamen ingenti-um Notorum ubiq[ue] turbines à contemptu, ab invidiâ, à calumniâ exurgunt, que mirè exagitant leniori aurâ confisos. Rarissimè nau-

frāgīum passa Cymba est, que litoris oram legit, vel è portu lenti-
ori cursu solvit, velis expansis, remisq; certantibus in altum trans-
vestam ventis variè delusam & lesam, cumentes undarum cōuan-
tium fluctus miserè sepē absorbent. Consimiliter ingenium operamq;
suam mancipantes arduis Musarum sacris, nullis Odiis, nullis fu-
rentium celis exponuntur, in umbris quasi ac secreto degentes, eran-
quillum intra silentii portum manendo, in fama scenam erumpen-
tes, variis modis pituperationum inter & laudum volvendi cerami-
na. Variò se hāc in ultimā mundi senectā miscent atq; dividunt ho-
minum inclinationes, nec aliquid eam omni ex parte exaltum, poli-
tum, elaboratum, quod ubiq; adspirantis favoris coruscantes jubare
illustretur, & benignitatis radios erahat secum. Sèpè optima quoq;
iniquis exponuntur censuris, & feliciter si ab iis relinquantur in-
taeta, aplausu nullo licet obtento. Sicut n. eadem dapes inclinatis
arrident palatis, nocent à se abhorrentibus & displicente, utut salu-
tares, ita scripta & specimina licet praelara unquam omnium ap-
plausum nanciscuntur & amorem, eò quod uti paleo, sie judicio
multi utuntur, & levissimis quibusdam conjecturarum inanum ven-
tis transversum abrepti, delusq; pejoribus calculum dant, & que cor-
datiores suspiciunt & admirantur, miro quodam supercilie despici-
unt & pro nihilo ducunt. Quid mibi ergo beic consiliū capiendum,
dum hos vastissimis mari frementes gurgices, qui non raro in arte
navigandi peritos absolvese, ingredior, ob ista vela contrabā & navim
ad anchoram sīcam? Nequaquam, sed quò plures in iis naufragium
fecere, eò majori alacritate tranandum hoc aquor. Et licet non i-
gnorem, baud paucos futuros, qui iniquo sequiorum affectuum
glaucamate transversum abreperit, in me, nescio quid notabunt. In-
terim tamen animus benè sibi conscientia ista moderatè fert. Difficile
est non inficior, invidentis illibis obnoxium esse, difficilius en. nihil
habere invidendum. Nam quod caret invidiā, differente Basilio, fa-
ctum laudabile non est, infelix cui non invidet ullus homo. Tuum
igitur est, candidissime Lector, conatus meos qualescunq;, meliorem in
partem interpretari; & cum non paucorum censura mihi subeunda sit,
fidele patrocinium potius suscipere laboris mei, quam officium exercere
nimium rigidi judicis, simulq; mecum dicere



Psalm 86. v. ii.

Deduc me, Domine in viâ tuâ, & ingrediar
in veritate tuâ, in unicum hoc dirige
cor meum, ut timeat nomen tuum.

C A P. I.

S. I.


Ilvam sat profundam & tortuosis labyrinthorum Mæandris undique septam, perplexisque difficultatum sentibus irretitam ingredi, de rerum optimis in naturæ thalamis ac visceribus delitescientium quidditate fausto omne disquisiturum, nemini non notissimum esse videtur. Id ipsum ego, eximiam formarum substantialium indolem, infinitis subtiliorum controversiarum tricis expositam, fœdisq; sententiarum divortiis obfuscatam sub simplicioris disquisitionis incudem revocaturus, animo & mente percipio. Ideoq; & hæret mihi certè animus & veretur, ne irremeabilis sylvarum undiq; concurrentium labyrinthus, me consilii inopem in errorum avia præcipitet, & alta sestantem nimium quantum confusa rerum ubertas ad ima prosternat, adeoq; subtilioris judicii vivacitate, solidâve rerum experientiâ munitus desideretur, qui in penitissimos latentium formarum recessus ingredietur, indeq; exeat miris anfractuum perplexitatibus feliciter evitatis.

A

S. II.

§. II.

Veruntamen cum ardua per praecip^s gloria vadat iter,
& abstrusa quæq^z; delectationis auram ut plurimum spirent, mi-
rificè gestio in amoenissimo hoc formarum horto, innumeris
svavissimæ fragrantia florum generibus nitente, obambulan-
do, delectabili earum adspectu ac contemplatione animum at-
què ocellos pariter pascere, certò confidens, neminem corda-
tiorum me extra debitam justæ ac legitimæ dissertationis orbita-
tam vagationis insimulaturum, si, priusquam aliquo definiti-
onis clavo interiora formarum penetralia reseranda aggrediar,
in primordio actus hujus disputatorii, quædam rationum pon-
dera pro earundem existentiâ extra dubitationis aleam ponen-
dā, præmitterem; Hoc enim peculiare est in accuratius Phi-
losophantium collegiis, ut omnium primò quæstio nō oī teste Phi-
losophorū Principe lib.2. post. Analyt. i. cap. i. præcedat questionē m
nō rī ēsī. Frustra namq^z de aliquā re statuendā instituitur discursus,
ubi an eadem in rerum naturā exsistat, nec ne, ambiguum
est. Formarum igitur existentiæ probatio heic in frontispicio
ante omnia nobis delibanda venit, idq^z vel idē maximè, quia
harum existentia multis haud imi commatis viris sub ancipi-
haret, quorum quidam in has, quidam in illas transversum
abripiuntur sententiarum quasi syrtes atq^z voragine.

§. III.

Hos inter non imā ponendi spondā Cartesius, Wittichi-
us, Burmanus & Antonius Le Grand &c. Qui rectæ rationis
facultate ipsis in transversum raptā, & judicij vi in aliud ab alio
discernendi, aliudq^z ex alio colligendi in abusum traductā non
exhoruerunt profiteri nullas dari formas substantiales, cuius
sentientiæ & placitorum suorum plurimos post se reliquere se-
ctatores, qui nunc hodieq^z amore Cartesi, & titillante rerum
novarum dulcedine, nimium quantum allacti mentem sibi hanc
formans

formant, veritati diffiformem, recte rationi dissonam, formam se. substantialem in corporibus physicis nullam prorsus reperi, eeu aliud specie diversum à materia ad eorundem *visum* constitue- endam unà cum cā influens.

§. IV,

Verùm cum omnia rationum pondera, quibus formam substantialem oppugnatū iri contrariæ opinionis adplausori- bus spes adfulget maxima, longè minoris esse roboris, majo- riq; pompa verborum jactari, quām veritate, clare constet, u- nius partis substantialis ad corporum naturalium constitutio- nem tanquam solitariz cause constitutivæ evidentissimam fal- sitatem & prodigiosam vanitatem, & è contra duarum parti- um veritatem, utut inventu difficilem, & inexplicabili quodam quasi obscuritatis involucro implicatam subjectāq; οὐ πλάνη τε Θεῶν firmissimis & evidentissimis rationum propugnaculis, è pha- retrā signorum formæ substantialis & ejusdem actibus secundis desumptis ibo ostensum, deindè, queis objectionum machinis eam è foro Physico proscriptum & sublatum eant, & quæ ra- tione easdem refelli terrorumq; rejici posse existimem, mon- strabo. Neverò missare, veroq; controversiæ statu ac metâ, prorsus extra oleas excurrere, nudumq; verborum strepitum fundere, jure quis me accuseret; statim causam meam sanioris Philosophiæ judicio submittam, nec aliæ ratione quidquam, nisi quod ei, sanctisq; oraculis pariter & vere experientiæ, ac rationi p̄c̄conceptis vanitatum opinionibus non obfuscatae con- sentaneum, in apicum adducam.

C A P. II.

§. I.

Dlvortium itaq; ut faciamus ab iis, qui contra commune & omni tempore receptum saniorum Philosophorum dogma-
A 2
judi-

judicant formam substantialem in rerum natura non existere,
 & per consequens e census causarum exterminandam esse, mo-
 vent me primò clarissima S. literarum dicta inferius suo loco,
 bono cum Deo, adducenda. Invitat me secundò ferè omnium
 sanctorum Patrum & Præstantissimorum Theologorum unanimis
 & conspirans ὀμοψυχία, qui formæ cognitionem utiq; ex S.
 literarum monumentis haulerunt, vel coelesti instinctu & divinæ
 lucis irradiati fulgoribus posteritati tradiderunt. Stimulat me
 tertio veterum Philosophorum huic sententia disertâ & rotun-
 dâ oratione suffragantium, & calculum addentium candidio-
 rem consentiens approbatio. Ultimò ad hanc sententiam ve-
 ritatis centro proximam accedunt sensuum judicia, formæ sub-
 stancialis demonstrationem clare exhibentia, quæ fundantur
 in peculiari evidentiâ selectissimarum operationum multis mo-
 dis distinctarum, hæ enim, quamvis eò, quod contingenter se
 habere videantur, dicantur obscurè & in confuso productionis suæ
 causam indigitare, nihilominus tamen suæ existentia proximam
 & necessariam causam revera indicant, quæ sit earum
 fundamentum & radix, & quamquam hi effectus sensuum mi-
 nisterio non exactè pateant formaliter ut functiones formæ, seu
 àternæ cuius cause, apparent tamen per ratiocinationem, quæ
 ex eo, quod sensuum ope experimur quamlibet rem semper
 præsupponere distinctum principium a quô, concludit ejus-
 modi formæ positivam existentiam.

§. II.

Evincunt præterea hujus existentiam diversarum planta-
 rum diverse naturæ, colorum varietates, virtutum genera,
 discrepantia nutrimentorum, mirabilis ortus & interitus. Sum-
 mus namq; rerum humanarum arbitrius Deus non ad declaran-
 dam omnipotentiam suam, tantum illis arborum ornamentis,
 illâ insigni diversi fragrantissimi odoris herbarum venustate,
 tam speciosâ ridentium pratorum facie, tam jueundâ foliorum
 umbra

ambrā & concinnā varietate spectabilem mundi hujus machinam exornare voluit, sed etiam singulis virtutem propagatio-
nis indidit, & suā benedictione impressit, ut aliā per evolati-
onem formā ē corpore emoriente, alia rursus beneficio ejus-
dem in sospite specie radicatæ enasceretur, planta ejusdem na-
turae ac speciei. *D.Gerhard. Diff. 11. Isagog. scđ. 3. §. 4 p. 460.*

§. III.

Hoc idem etiam haud obseurè demonstratum cunctis omni-
um ferè brutorum animalium idiomate & sagacitatem, quæ
tām singulares, tām admirabiles, tāmq; sublimes, ut multi haud
contemnēdi viri propterea, non dubitaverint, ut frusta, adserere
admirandas illas operationes evidenter usum rationis in brutis
evincere, quippe mediorum cum fine in quibusdam sit com-
paratio. Hujus generis ē Mellificantium cōtu maximè celebres
sunt apes, quarum nidi seu domicilia constant cereis cellulis,
Hexagonis regularibus cēu fundamentis & fulcris innitentibus,
h.e. certis figuris, quæ hisce duabus possent proprietatibus,
quod circa unum punctum spatiū uniformi modo suppleant,
& omnium figurarum id præstantium sub eādem perimetro ex-
stant capaces. Quotcunq; enim lineæ descendentes ab uno
puncto angulos necessariò complectuntur, quatror rectis æ-
qualitate respondentes, quales hexagona regularia circa unum
punctum lateribus suis concurrentia efficere seu formare ne-
queunt, nisi triangula æquilatera sex, quadrata quatror, fi-
guræ tres, cēu ex elementis Geometricis fusiū liquet. Hexa-
gonum namq; plurium laterum sub eodem ambitu capacius est,
ac quadratum & triangulum. *Vid. Virgil. lib. 1. Æneid.*

§. IV.

Insigne hujus rei exemplum nobis ministrat canis ille U-
lyssis, qui historiarum fundamentis traditur solus Dominum
suum agnoscisse post plurimorum annorum decursus, cujus ta-

men notitiam residuum nec uxor habuerat, nec domus uniuersa. Illustrè etiam est exemplum quod de servo illo à leone in amphitheatro cognito & servato; quā de re videatur *Gellius lib. 5. cap. 14.* De insigni prudentiâ Hippopotami scribit sagacissimus naturæ *Mystes Plinius Lib. 8. cap. 26.* Qui, ne ex nimis repletione morbum contrahat, ascendit in litus, recentes arundinum cæluras contemplatus, atq; ubi acutissimam cernit stirpem imprimens corpus, venam quandam sibi in crure appetit, ita ut emissione sanguinis morbidum aliàs corpus vigoris restituat, & cicatricem limo rursus obducit. Perplurima his similia obvia sunt in aliis ut in araneis & formicis, quæ hisce admirandis naturæ dotibus pollut, ut, dum grana competent in domicilia sua, prius cor seminis, anima vegetante præditi, præmordeant, ne videlicet humoris aliquà aspergine imbutum in germina evadat, quamvis hujusmodi effectum nunquam viderint, quem tamen homines nunquam consequentur, experientiâ ductrice destituti.

§. V.

Quis mortalium est, qui non ingenti cum animi voluptate una ac admiratione Gruum in instruendo & servando ordine peritiam intuetur? Ciconiarum migrationes admiretur? Halcyonum in nidis constituendis sapientiam? Polypum laxis semito modo applicantem, ut hamum Piscantium evitet? Quis non Crocodilum lachrymas humanas repræsentantem non pati modo admiraretur? Hæ sunt evidentissima indicia, ob quæ brutis forma substantialis omnino concedenda, è cujus gremio & fœcundissimo sinu in rerum naturâ efflorescit atq; ebullit omne excelsum, venustum atq; subtile. Formæ enim vis non minus suffulcit, perficit ac connectit opificium totius naturæ, quām peristilia & baseis, quibus innicitur structura illustrium palaciorum; ut isti labantibus ædificia corruere necesse habent; sic sine nonexistenti formâ seu basi penitus collabescit stratura hujus universi, & in momento perire necesse habet.

CAP. III.

§. I.

Quibus ita simplici stylo prænotatis, nunc exigente connexione ordinis, operæ pretium erit interiorem animi aciem in rei substratæ viscera demittere, ostendereq; quousq; intellectus noster, naturali ratiocinationis ubi indità facultate penetrare quest. Omnim igitur primò existentiam formarum sincerà fide probate tentabo Generali hoc argumento, in syllogismi structuram hunc in modum redacto: Tò esse illarum operationum, quæ quotidie, imò per singula penè momenta, in rerum naturâ evidenter conspiciuntur, aut est incausatum, & à se ipso, aut causatum & ab alio; non illud, cum idem nequeat existere causa sui ipsius, & se ipsum causare, ergo hoc juxta commune illud & immotæ veritatis principium: *Omnne quod sit, ab alio sit.* Pergo igitur ulterius querendo, utrum illud causatum seu aliud, vel sit ab alio productum, si ve non. Si hoc admittatur, propullulat exinde gravissima hallucinatio & ingens absurditas, nam ens à nullo producendum est ipse Deus, qui à nemine & à quô cœlum & terra, & cuncta visibilia & invisibilia, utriusq; complexu contenta. Joh. cap. 1.3. Col. I.16. Sin illud concedatur, rursus enascebitur hoc ratiociniū cum suo robore: illud aliud non existit à se ipso, ergo ab alio. De hoc alio iterum querri potest, sic ne materia seu accidentis, nec ne; at non materia, quippe ei hujusmodi nobilium operationum ortus ceu principio productivo jure tribui non posse, ne mini non ejusdem naturam & indolem callenti in confessio est.

§. II.

Constat namq; materiam ex se suaq; naturâ infinitis paralangis ignobiliorē esse formis substancialibus universali ac perpetuo omnium seniorum Philosophorum, imò ipsius Carthesii ipsiusq; complichium consensu omnis fermè virtutis & activitatis esse experientem,

cent, adeoq; hujusmodi artificiosis operationibus producendis minimè idoneam, ideoq; aliud principium, quod non passivum, sed actiuum sit necessariò statuminandum, quippe materia cum passivè se habeat, & omni virtute agendi planè destinatur, prorsus ad hos effectus inepta est & inhabilis, nisi forma substantialis unita materiæ cum eâ constituens compositum, ei in actu primo ejusq; omnibus membris debitum suggerat nutrimentum, quô vigor vitalis ab interitu conservatur, ut ad munia vitalia exercenda satis aptum evadat & vegetum.

§. III.

Sicut namq; res se habet in esse, sic etiam quâ operationes suas internas, primas & primarias ex essentiâ tali, quatenus quidem talis est, immediate proficiscentes, nec quicquam ultra speciei suæ naturam aut propriarum virtutum sphæram in operationum tramite decurrere potest, cum quævis actio dependentiam habeat à conditione essentiæ, & ita perpetuò ut se habet modus essendi, pariter & modus agendi. Quippe operationes testantur de potentiis, potentia y. de essentiis.

§. IV.

Verùm adversa cohors heic statim nonnulla objectionum tela, quæ veræ de formarum existentiâ assertioni ruinam minari videntur & ictum, nobis ingerit, ut verò dispalescat nos iisdem strenuè repellendis haud impares esse, ea hic inserta candidâ mente evolvere animi lubentia habet. Adserunt principium superius adductum: *Omne quod fit, ab alio fit, tantâ non nisi certitudine, cur enim eadem accidentia non possent à se ipsis produci, & ad se ipsa influere producenda.* Respondeo hanc eorum objectionem, veram esse nullo modo posse, nam principium istud tantæ certitudinis esse liquet, ut nemo id, cui sanum sincipit, inficiari sine insigni stultitiae nota audeat. Intercedit namq; oppositio relativa inter causam & causatum, id est enim nequit referri ad se ipsum, & ita simul esse causa & causatum

satum sui ipsius. Præterea etiam ex identitate causa & causati emergit manifesta magnaq; contradictione & ἀποκάμψεων ἐν προσκαμψέω & impingitur in indubitate illud veritatis axioma: Impossibile est idem simul esse & non esse.

§. V.

Sed ad metam mihi præstitutam propiorem accessum faciam, & diverticulis relictis, ad ulteriorem formæ probationem, quæ ad instituti mei rationem se arctius habebit, recto progradiente tramite, ea, quæ ad rei ventilandæ illustrationem facere videntur, pro arctiori ingenii modulo rimaturus. Accidentia dictarum operationum rō esse, non cautare, sequens ratiocinum discursui Syllogistico inclusum ibit demonstratum. Quicquid dignitate & operandi virtute ipsa materia, quæ substantia est, longè inferius deprehenditur, illud operationes ab eadem produci impossibilis, edere nequit. Atqui omnia accidentia talis naturæ sunt, E. Connexio Majoris firmissimo veritatis inititur calo. Nam si materia, quæ substantia est, & accidentibus longè nobilior & excellentius ens, hujusmedi edendis effectibus insufficiens est & inepta, utique multò magis accidentia quævis, ideoque in tantum eminentiæ fastigium provehi nequeunt, ut tantis, tamq; eximiis muneribus, tamq; præclaris operationibus in spacioſiſmo naturæ territorio obeundis sufficientia existant tanquam principia operationum ultimata & proximiora. Vis itaque consequentæ partim exinde eluget, quia accidentia sunt longè debilioris entitatis, quam ipsa materia, partim ex theoremate logico inclarescit. Si illud quod magis verisimile videsur, verum non est, easam illud, quod minus verisimile videsur, verum non erit.

§. VI.

Ex hisce haud contempnendi roboris momentis pro adoranda formæ subst. existentia per haud infallibilem consequentiam

tiam elicetur dari quoquè principium substantiale, qvod nichil aliud est quām ipsa altera pars essentialis, forma videlicet, quod subsequens ulterius evictum ibit fundamentum: Principium operationum cuiuslibet corporis naturalis, aut erit materia, aut accidens, aut Deus, aut denique ipsi angelī, nedum corpora celestia seu astra. At non materia ut è dictis luculenter patet; neq; accidentia ob rationum momenta superius itidem allata in realem ejusmodi effectuum causationem promumpunt. Nequè Deus, qui est causa remota & universalis rerum omnium naturaliū ad quam tanquam causam proximam & immediatam in rebus naturalibus non temerè & recurrendum, quippe ille quamlibet causam naturalem, & præprimis univocam sufficienter voluit esse completam in virtutum suarum productione & ex suis effectibus proportionatam, se tamen ipso semper efficaciter concurrente in actionibus positivis. Particulares idcirco & proximas operationum causas indagare convenit, radicatas nimirum in ipsis dictarum virtutum subjectis.

§. VII.

Neq; angelī seu intelligentiæ, quia essent ipsis formæ non essentiales, sed extrinsecus saltem adventitiæ, & adstantes & superadditi: At ab extrinsecè formatū, quales quales sint, adstantiā, ad intrinsecam corporum naturaliū indolē & $\sigma\nu\tau\alpha\sigma\tau\gamma$ collectio est planè nulla. Astra verò utut concurrunt in productionem sublunarium, ast non per modum causæ proximæ & particularis, sed remota & universalis, sequitur ergo infallibiliter aliud supponendum esse principium, à quo dictæ operationes fluunt & manant. Omnis enim operatio actu præsupponit causam actuali & positivā existentiā gaudentem. Nam ubi evidenti experientiā cernitur proprietas rei seu proprium accidens, ibi quoq; adesse ipsum subiectum necesse est, à quo illud inesse dependet. Illud verò aliud esse in nobis nequit quām forma subst. anima

scil. rationalis. In brutis sensitiva eaq; pariter subst. In plantis vegetativa itidem subst. nam nihil agit nisi prout existit actus.

§. VIII.

Nec verò aliquid ad rerum naturalium classem spectat, quod est in actu, nisi per formam substantialem, quæ à rectè philosophantium coronâ semper judicata fuit, cui jure optimo causalitas effectuum in corporibus N. concederetur, qvæquæ materiæ conjuncta largitur corpori naturali essentiæ sue terminos, & eidem in actu primo inducit aptitudinem ad edendas operationes, cum materia unâ cum accidentibus, ut sat prolixâ jam probationum serie evictum & demonstratum, sit pura propemodum potentia, nullaq; citra formæ substantialis influxum, gaudeat virtute effetrice.

CAP. IV.

§. I.

Verum heic efferatè nimis tumultuantur Carthesii jurati satellites, quibus hæ rationes non arrident formam videl. subst. alicujus rei operationum principium esse productivum quod, & ut rationum nostrarum vim & veritatem infingant, lese invastissimam recipiant errorum sylvam, multisq; tortuosis anfractuū tricis implexam, sc. modorum, qui neq; ad substantiatum neq; accidentium classem, si illorum pravâ sententiâ standum est, referri possunt. Hanc adsectionem firmis nisi veritatis radicibus rentur procul dubio propterea, quia τρόποι ὑπάρχεισι modi subsistendi in S. Sancta & individua Triade, ut potè esse non genitum, gigni & procedere. &c. Neq; subst. neq; accidentales sine insigni absurditatis implicatione dici possunt.

§. II.

Hoc telum licet primâ specie videatur splendidum, obtusum tñ paulò accuratius inspectum, nec cuspidē fulgere adeo acuta,

acutā, ut primum apparet, deprehenditur. Nam exempla
 hæc alieno de foro desumpta sunt, nimis Theologico, & ni-
 hil nisi misellum aliquod & clumbæ ipsi præbet diverticulum.
Quippe purè Theologicum, minus rectè confundunt cum no-
 stro hoc Philosophico. Ut igitur huic rationi pro contraria
 opinione allatæ satisfiat, eadem licentia ego quæro, utrum i-
 ste modus sit aliquid, vel nihil? si primum, habetur intentum,
 nam aliquid idem valet atq; habens quidditatem aliquam, simul ac
 realem & positivam existentiam, in quo significatu ab ente reali
 non nisi solâ ratione solâq; appellatione distinguitur, quod pa-
 tet ex clarissimæ veritatis isto principio: *Impossibile est idem si-
 mul esse & non esse;* cum quo idem valent, hæc loquendi rati-
 ones; impossibile est idem simul habere essentiam & non ha-
 bere essentiam, esse rem & esse non rem, esse aliquid & esse
 nihil. Vide pulchrè hæc de re disquirentem Fromm. cap. 2. de
Synon. Ent. ad vocem aliquid pag. 49. B. Thur. Met. Gen. cap. 3.
 pag. 42. & 49. Sin secundum, maximis se implicant absurditi-
 bus, propriaq; cædunt vineta & vehementer hallucinantur,
 nam quis adeo exiguum atomum cerebri habet, adeoq; omnis
 expers judicii, excellentiæq; ejus, quæ brutis antecellimus, ut
 extincta rationis omnis luce, judicio atq; meditatione rejecta
 audeat somniare nihil seu non ens posse producere operationes,
 cum non entis nullæ proprietates, nulla efficacia, nullaq; ex-
 istentia. Nam quicquid agit illud etiam actu existere debet, te-
 ste Philosophicæ curie dictatore Aristotele hæc in verba erum-
 pente: *omnia quæcumq; aut naturæ, aut arte efficiuntur, ab eo,*
quod actus est, sunt.

§. III.

Tandem ut adhuc argumenti nostri robur eludant, adse-
 runt non ad formam, sed ad totum compositum referri debe-
 re operationes. At hujus illationis nodum de facili, hujus di-
 finitionis temperamento solvere possumus; diximus. sc. inter-
 prin-

principium seu subjectum quod, & subjectum quo seu principium radicale & proximum. Illo sensu totum suppositum & operationum esse fundamentum expositum conceditur digitis, hoc non item. Porro hisce ita præsuppositis, non queo non adducere insuper ad statimandam formæ subst. existentiam fundamenta ex S. literarum Thesauro collecta, parvi pensi habitis quæ excipiunt S. paginam Philosophiz eruptam volentes, quippe sicut Deus naturæ auctor eidem non est contrarius, ita nec ipsius verbum ulli contrarium est contrarietate vera. Quæ igitur S. pagina pro nostrâ parte adstruendâ nobis longâ iterie suppeditat, hæc sequentia sunt. Gen. 6. v. 17. Perdam omnem carnem, in quâ RUAHN HHAIJM boe est spiritus vitarum, Eccl. 7. 22. KOL ASCHAR NISCHMATH RUAHN HHAIJM BEARPAU Quæ verba satis rotundè ostendunt animalibus brutis æq; ac ipsius hominibus inesse animam subst. quæ alio nomine juxta communem Philosophis loquendi rationem dicitur Forma.

§. IV.

Evidentissimè loquitur Textus universaliter KOL omne, ASCHÄR quod NISCHMATH CHAIJM RUAHN h. e. spiritum vita habet, omne hoc diluvio annihilabit Jehova. His eodem planè sensu, conspirantia verba habentur in Eccl. cap. 3. 21. Ubi RUAHN HHAIJM spiraculum vita, non sine notabili quadam emphasi in uno eodemq; capitilis versu iterata repetitio tam brutis ac hominibus legitur attributum, quis novit, inquit Ecclesiastes, utrum Ruahh b. e. Spiritus filiorum Adam ascendet sursum, Et Ruahh iumentorum descendat sub terram? Qua verborum positione nihil aliud adumbrare voluisse videatur, quam quod formæ brutorum substantiaz suæ immaterialitate ad rationalium formarum naturam quodammodo & àvñλóyue accedant, & analogicis saltē spiritui completo, animæ pariter humanæ operationibus respondeant.

Remotis ita accidentibus seu formarum subt. velamentis, in claro positum est, in rebus quandam causalitatem reperi, quæ nec à materiâ fluere evincitur inde, quia ex sententia ad- versariorum omnibus rebus communis attributa est materia, nec ab accidentibus, quia plurima eorum intereunt sè penumero in brutis, neq; tamen propterea cessat eorum differentia speci- ficia aut corrumptitur existentia. Sed oggerunt hic nobis ad- versariorum greges, qui dictorum horum claritatem, cum non queant obfuscare, eadem tamen pro nobis non facere asse- rant, dicentes hinc sequi animas brutorum esse ejusdem ori- ginis eum animabus hominum. Quæ namq; unâ eadem ve- gaudent appellatione, illa cùdem etiam gaudent appellationis ratione, atq; homines & bruta cùdem animarum gaudent ap- pellatione, videl. RUANH HNAIJM. Ergo etiam eadem appella- tionis ratione, & è consequenti sequitur eundem ortus mo- dum optimè convenire animæ humanae & animabus ceterorum animalium. Quod & ipsi paginæ sacrae & rectæ rationis dicta- mini per omnia contrarium. Hanc objectionem solvere, non est ut puto, ire per extensum funem, Connexio Majoris hæc limitatione corrigi potest. Quæcunq; gaudent cùdem appella- tione, tum quâ vocem, tum quâ rem voce indigitatam, il- la eadem gaudent appellationis ratione. Præterea etiam sciens- dum ab origine seu derivatione vocis ad originem seu ortum- rei per vocem significatæ, infirmas sèpissimè duci argumen- tationes. RUANH HNAIJM in homine tale spiraculum est, quod sit spiritus rationalis ad imaginem Dei primitus creatus, quod de reliquorum animantium animabus sine insigni absurditate & blasphemia affirmari nequit, licet aliquam qualiter, qualem, ad rationales analogiam & similitudinem habeant.

Hinc judicare in proclivi est, eandem quantum ad hoc esse vocum RUANH HNAIJM, vim significandi id quod utrumq;

ex allegatis S. Scripturæ locis appetet. Modò probè sciatus non convenire convenientia specificâ & essentialiter spiritum seu spiraculum in cunctis id quod vel clarissimè tum ex. Psal. l. v. 4. & 51. 12. 103. 16. item 104. 4. 135. 7. Eccl. 12. 2 Eccl. 3. 21. innotescit, ibi enim duplicitis naturæ spiritus consideratur, id quod ex nudâ textus inspectione colligitur, quo duorum spirituum mentio distinctè injicitur RUAHN BENE Adam, h.e. spiritus filiorum hominis & RUAHN HABBEHEMA. h.e. Spiritus iumentorum. Hinc clarum est & manifestum evadit formæ substanciales æq; benè esse in brutis atq; hominibus; quicquid etiam vel hactenus in contrarium diductis fauicibus reclamatum, vel in posterum à partibus negantium subq; Carthesii vexillo militantium nobis reclamari potest. Et hæc probationum momenta è paginæ S. Scrinio deprompsisse sufficiat, plura licet occurrant, quæ non minus commendationem, quam ventilationem merentur, sed cum partim hæc ad aliam Cathedram referri debent, partim etiam brevitati litandum sit, ideoq; jam nunc interpretationis nostræ cymbam ad mare rationum philosophicarum dirigendam ulterius esse arbitramur.

S. VII.

Nunc nobis primò petenda sunt rationum fundamenta, à compositione corporum naturalium, exemptâ enim è corporibus naturalibus formâ substanciali nec judicij administrâ ope, nec ullâ pervestigatione mentis humanæ, quantumvis perspicacissimæ, modus, seu ratio aliqua, quâ commode corpora naturalia componuntur, excogitari potest & inveniri. Ut v. nostrum hoc adserendum clariores de se spargat veritatis radios, faculam ei accendemus ex hisce, non levis armaturæ ratiociniis in proscenium adducendis: Compositio corporum natural, aut ad solam materiam referenda, aut ad aliam rem, cum eâ compositum & *oūsām* constituentem. At non ad nudam materiam, ratio hæc est, quia illa sola est, inhabilis & insufficiens ad absol-

absolvendam compositionem. Quippe "compositione ad minimum" debet fieri inter duo ad ejusmodi compositionem concurrentia; liquidò igitur constat compositionem in rebus Physicis in materiâ non nisi cum alterius rei substantialis influxu effici posse, qui nihil aliud est quam ipsius formæ operatio. Atq; sic in aprico ponit posse arbitramur duas esse corporis nat. partes essentiales & insufficientes esse unam. Per corporis namq; naturalis seu materiæ causalitatem res non dicitur hoc aliquid ab aliis rebus diversum, talem natura existentiam, tales effectus atq; accidentia talia, sed virtute formæ substantialis. Qua in re, quæ sequuntur, modum ritè experientia, non sine distinctione notanda veniunt, quod corpus organicum & forma subst. ad constitutionem totius compositi secundum proprias suas entitates semet ipsa exhibendo composto seu constitutioni, necessariò concurrere debeant, exinde corpus deinde compleatum seu tertium resultat.

CAP. V.

S. I.

Sed subdoloror hie quali objectionis cuspide contraria sententia faventium cohors nos aggressura sit, dicendo hanc scil. adsercionem insufficientæ laborare vitio, et, quod hac non recenseantur cuncta oppositionis membra una cum ipsâ natura ipsum compositionis actum præstare ac perficere valentia. Sed ut ex hoc labyrintho mihi pateat egressus, Ariadnæ heic, ut puto, non indigeo fili. Confundit namq; nova Philosophia auctor cura sententia sua assecitis, hâc suâ plumbeâ exceptione compositionem accidentalem cum substantiali, & perperam ab illâ ad hanc ducuntur argumentationes; corpus namq; naturale neq; esset substantiali neq; unum quid per se, si hæc accidentalis admittenda foret compositione, quia ab accidentali compositione siam accidentale resultat compositum,

meq;

neque unum per se esset neq; verae compositionis legibus con-
sentaneum; sed longè potiori jure ens aggregatum seu collecti-
vum dicendum esset, ob multiplicem diversorum accidentium
concursum. Hinc igitur conspicuum est ejusmodi accidentale
compositum non parum sapere absurditatis.

§. II.

Materiam etenim & formam non inter se coalescere, nec
uniti citra adminiculum componentis & eandem unionem
constituentis rectæ rationis dictamen docet pariter ac dextre
Philosophantium consensus. Ea quippe utpote quæ nullius est
activitatis non pollet facultate semetipsam formam uniendi. Neq;
accidentia virtutem componendi istam sibi vendicare possunt,
quippe non per se, sed beneficio suorum subjectorum subsistunt,
& suum existendi modum in iis necessariò requirunt. Requi-
ritur ergo aliud quoddam agens, qvod materiam conjungat &
formam, & per hanc conjunctionem constituat compositum
ex materia & aliâ aliquâ adveniente re, quæ est ipsa forma faci-
ens ut res subsistat ultimâ & specificè, determinatamq; habeat
essentiam propriis vestitam accidentibus, varisque exornatam
functionibus ac potentiis ad agendum sufficientibus in suo genere,
modis & tandem ab aliis suppositis specificè distinctam. Sed forte ad
hanc explicatione & probationis momentum exceptionē, licet nihil
necessariæ illationis habentē, quis contrariæ sententiæ faventū fa-
bricare posset dicens: ex hoc yatoriū accidentium concursu omni-
nō fieri entis per se compositionem, quippe motus, quiet, figura &
id genus alia accidentia è Physice ordinationis præscripto pro-
pensionem habent ad unum. Verum in hæc exceptione quam-
vis speciosa, multa latenter falla, quia propensio hæc seu ordina-
tio naturalis nullatenus ad constitutionem cuius entis per se suf-
ficit, ordo enim à naturâ præscriptus ad compositionem
& ceteras sic dictam, substancialium egit administrâ ope; insuper
etiam probè notandum est hanc adserionem illorum oppidò
falsam esse, & ipsis contrariam eò, quod propriâ eorum con-
fessione

fessione adserant motum, figuram, rationem modorum duntaxat habere & omni planè destitui realitate, unde hoc à nostrâ parte resultat veritatis ratiocinium: Cuicunque non competit realitas existendi, eidem non competit realis influxus operatus. Atqui accidentia ex se & per se talia sunt. E. Accidentia quidem fateor, faciunt ad constitutionem, perfectionem & integritatem compositi, & in componendo formam adjuvant, sed illud ipsum quod tribuunt eidem omni ex parte & ope ejus acquirunt, convenit ergo hic componendi modus primariò & fundamentaliter formæ & materiæ, & longè majori perfectione ac ipsis accidentibus, quæ instrumentaliter duntaxat, èmptivæ & dispositivæ non ἡγεμονικῶς & effectivæ ad operationes Corporis Naturalis concurrunt.

§. III.

Nunc tandem & alio firmiori fundamento assertionem hanc corroborare juvat, quod pro adstruendâ formâ substancialis existentiâ exhibet nobis compositio omnium hominum, qui ipso Carthesio, ejusque assaeclis consitentibus ad classem corporum naturalium spectant. Unde tale exsurgit argumentum: Quot principiis seu partibus & modis essentiam constituentibus constat ipse homo, tot quoque principiis & partibus constat quodlibet corpus naturale. Atqui homo constat duobus principiis seu partibus essentialibus. Ergo. Certitudinem Majoris qui non videt, cerebrum in calcaneo gestare, & procul a veritatis centro abesse censendus est, cum quantum ad essentialem constitutionem & Physicam & qualis prorsus sit ratio & par conditio hominis, quâ species sub Corp. Nat. contenta. Nec ulla apparet veritatis species, quare vel quomodo unius speciei, sub corpore contentæ, ut hominis, sint gemina principia interna constitutiva, aliorum verò unum duntaxat. Minoris certitudo pariter adeo certa est, ut ei, qui ejus evidentiam non videt, Helleborum necessarium sit, quo caput repurget. Gemina corporis Naturalis principia probantur etiam ex definitione mortis: *Mors est solutio seu separatio*

separatio anime & corporis, hoc est earum partium ab invicem separatio, ex quarum unione constat vivens. Hinc igitur stant, & perstant probationum nostrorum fundamenta, stat igitur & perstat veritas assertionis nostrae, videlicet principia seu duas partes essentiales materiam & formam ad *ousarum* cuiuslibet Corporis Naturalis pertinere, & absq; illis hanc ne quidem esse aut consistere posse.

§. IV.

Dispulsis sic falsarum rationum circa compositionem corporum naturalium, & recte rationis dictamini & vero experientiae contradicentium nebulis, ad reliqua probationum genera transitum facio, quæ ex diversissimis rerum naturalium essentiis depromi possunt, quæque assertionis nostræ *βεβαιων* concernere videntur. Dispiciendum igitur nunc erit unde hanc notabilem varietatem differentiamque suam haustam habeant, nam aut illa admirabilis diversitas, Materiæ ceu naturæ productio, aut formæ tanquam subiecto proprio, aut accidentibus formalem suam & subiectivam inexistentiam debet; At materiæ ejusmodi nobilium operationum productionem adscribere, est illam longè ultra activitatis suæ hemisphæriū evehere, quia illa cunctis in rebus naturalibus Proprio adverbiorum, ut antea dictum, judicio, una & eadem, res nimirum in longum, latum & profundum exorrecta est & extensa, omnique cassa efficièia, ceu supra dictum & evictum fuit pluribus. Neque accidentia sicut pariter plus quam sexcenties superius innuebatur, quia requirunt subiectum inexistentiæ, extra quod esse nequeunt. Ad aliud igitur recurrentum medium nimirum formam, à quâ, uti millies indigatum, hujusmodi effectus proficiuntur, & ut sit, maneatque unum corpus revera discrepans ab aliis corporibus sola subst. forma causat, ut talis sit existentia rei alieujus, ejusmodi convenientia accidentia, & effectuum molimina ejusmodi eis tribuantur, soli formæ substantialis causalitati primò debetur,

Hoc in negotio porrò, hoc vel maximè observandum & piè habendum est, Formæ hujusmodi essentiarum diversitatem exsertis verbis in S. codice ab ipso rerum omnium opifice Deo adsignari, dum hæc in verba erupit Gen. cap. 1. vers. 11. 12. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Crescere & multiplicamini juxta genus & species vestras, quæ allocutione Deus cunctis animalibus in prima rerum creatione duximus operationes seu virtutem prolificam successivè sese quoad speciem propagandi, impressam & inditam gratijs voluit. Quæ Dei verba tantæ licet sint evidenter, ut non liqueat quid solidi hic excipere Adversarii possint, anxiè tamen hic laborant S. scripturæ depravatores, divinæ virtutis splendorem exceptionum suarum nebulis obfuscare, sed tali ausu, ut facile appareat eos parvâ potius depravatae rationis decempedâ, quam divinis oraculis immensos S. scripturæ agros metiendos censere. Regerunt Ergo vocabulum generis & speciei ibi loci differentiarum essentialium significationem non involvere, sed accidentalium tantummodo, hoc, non illo modo differre animalia. Verum frivolum esse in præsentia illam exceptionem, nec meæ Thesios certitudinem convellere exinde inclaret, quia nomen generis & speciei omnino importat differentiam specificam, quod clarissime evincitur è diversitate operationum & effectuum, qui immedia-
tè seqvuntur in dœm causa sua, cum omnis operatio, ut superius innuebam dependeat, à conditione essentiae, & ab hac ve-
luti scaturigine derivantur effectus, quæ sublata tolluntur & ipsi.
& siue se habet modus essendi, sic etiam se habet modus o-
perandi; Nam si differentiam essentialiem revera non denota-
ret vox generis & speciei, utique Deus non tantâ empha-
si, adeoq; crebrâ repetitione vocem illam iteraret in citato capite. Nec aliqua inæqualitas operationum sed identitas existeret.

Conantur quidem & huic resolutioni quavis luce elatio-
ri tenebras quasdam offundere inani impetu & vano opinionum
errore correpti adversarii, dicentes animata & inanimata cor-
pora naturalia differre duntaxat pro legitimâ partium suarum
dispositiones, modo & figurâ, non sicut ac duo inter automa-
ta intercedit discrepantia quædam, quæ, ex diversa orbium con-
formatione, variarumque rotarum contexturâ, quibus constat,
diversis gaudent motuum apparentiis, qui licet accidentia, cor-
pori tamen præstant ut tale, aut tale esse dicatur, & per illa
qualis res sit, scilicet commode dari potest responsio. Ve-
rum qui nostram sententiam hoc objectionis cuneo infringere
tentant, posthabitâ omni veritatis indagatione solam Dispu-
tandi gloriam & oblectationem quæsitiuri, ad absurdâ abeunt
planeque inepta, non considerantes haud ejusdem esse indolis ac
operationis, quæ è sinu corporum naturalium securiunt, cum
iis, quæ ab artificio humano prodeunt, neque animadvententes
ex eô, quod Corpus Naturale ex ingenio rerum artificialium
judicant, se committere μήθασιν εἰς τὸ πέρι. & falcem mit-
tere in alienam segetem.

Dictæ nempe dispositiones seu partium apparatus spectant,
saltē ad rō dare esse καὶ ἔχειν de quo in præsentiarum pa-
rum sumus solicii, sed de rō dare esse καὶ ἔχειν per substantia-
lem σύγκλισιν. Horologium verò quod concernit, sciendum est
id à semetipso existere materialiter & ratione rō esse καὶ ἔχειν;
formaliter tamen non propriâ gaudere subsistentiâ sed perpe-
tuo indigere directore, tanquam forma extrinsecâ, & adstante,
quâ per aliquot dierum spatia remotâ, decies de die aberrat vel
etiam in totum subsistere necesse habet, quippe dat esse non
absolutum sed modificatum. Impertinenter ergò exemplis è
foco corporum artificialium mutatis, sententia lux lucem fac-
naturi

merari nuntur, distingvuntur etenim artificialia & naturalia eō,
 quod corpora dominio formarū suarū determinata sint
 & restricta per se & secundūm ordinem naturæ ad unum opposi-
 torum, idque necessariō nō ab externo aliquo impediatur prin-
 cipio. Hinc est quod sicut omne Corpus Naturale aut moveatur,
 aut quiescit, per se & $\pi\gamma\omega\tau\omega\varsigma$ has sibi inditas habet affectiones, ita
 artificiale per accidens & $\delta\epsilon\tilde{\eta}\epsilon\pi\omega\varsigma$ quatenus participat de essen-
 tiā Corporis Naturalis, Materia scilicet & formā. Hic ergo si-
 lentii poplo non involvendum duo involvere corpora artificia-
 lia, materiale nimirū & formale, cui sententia adstipulatur
 B. Sperling. Exercit. Phys. de affect. lib. 2. Propos. 5 pag.
 184. Calov. Philos. univers. de subst Corp. cap. 2. $\pi\omega\pi\sigma\mu\alpha$
 1. pag. 371. sic statua lapidea intrinseco motus principio gau-
 det ut deorsum moveatur, non $\pi\pi\omega\tau\omega\varsigma$ & $\kappa\alpha\beta'$ $\alpha\ddot{\nu}\delta\delta$ quā statuā
 sed $\delta\epsilon\tilde{\eta}\epsilon\pi\omega\varsigma$ & $\kappa\alpha\beta'$ $\alpha\ddot{\nu}\delta\delta$ scil. propter gravitatem. Et quamvis
 artificialia imitari videantur Corpus Naturale, exinde tamen
 non sequitur quod sint ejusdem identitatis & aequalitatis cum
 iisdem, & licet quarundam operationum respectu similia vide-
 antur, non sunt tamen ejusdem naturæ per se & in sensu identico,
 juxta Canonem: à rei similitudine & affinitate ad ejuādem i-
 dentitatem, non valeat verè & firmiter argumentari. Deinde
 manifestè nobis constat naturam per se & ordinarię, nisi impe-
 dita, nullihi mutare sua jura; ubique enim & semper eadem est
 & sui similis, semperque infallibili certitudine munia sua obit,
 nec unquam leges ē divinæ ordinationis præscriptio translit,
 quod demonstratum dat, lapis millies sursum jačatus, qui non
 immutatur aspetuā ut moveatur sponte sursum, neque i-
 gnis ut sponte deorsum tendat. Et tam calidus hodie est ignis ac
 olim fuerat, eadem indoles ejus nunc hodieque hic in Finlan-
 dia, quæ fuit & erit si olim in Asia. Sic cernimus annuatim
 diversa arborum genera heic exiguis, illuc brachiis grandiu-
 sculis, alibi aliā naturā alioque modo succere, magnamque
 structus

fructuum hinc inde visui suavium, odorati gratorum, ventri-
culo salutarium copiam producere, & animalia cujuscunque
speciei fuerint, omnia eodem planè modo, quolibet recurrente
anno, beneficio formarum, quæ sunt seminaria & scaturigines
omnium functionum & facultatum, quibus in suam corpora
queque naturalia nituntur perfectionem, edere operationes. v.g.
Omnis oves fugiunt lupos; omnes accipitres infidianur avibus.
Sic etiam caneri eundem servant gressum, juxta illud:

Non poteris certum, caneria inducere gressum.

CAP. VI.

§. I.

Etiam si his, ut confido satis demonstratum firmiterque evi-
dētum est, quodlibet corpus Naturale Formæ substantialis
particeps esse, tamen Antagonistarum cohortem eò auda-
cie vel potius importunitatis prolapsam, maximè invitus
sentio, ut non vereantur, manifestæ experientiæ bellum in-
tentando, adserere formam nihil aliud esse quam fabulosum
quid, fictitium & cœu in angustiâ cerebelli nostri tantum exco-
tatum ens. Quod ergo contra ineptissima hujusmodi fastuo-
sorum spirituum dictoria adserionem nostram ex S. scripturæ
simul ac Sobrietate Philosophiae visceribus haustum, & longâ ad-
stipulansum serie roborata, fixo niti & immoto veritatis ta-
lo omnibus ὀφθαλμοφανεցως pateat, eas, quas adverse partis
defensores adferre posse putantur objectionum structuras, si non
omnes, tamen potiores heic insertas candidâ mente evolvere
lubet, ostendereque lydio lapide veritatis & rectæ rationis trutinâ
probatas, licet aliquid in fronte videantur polliceti in recessu ta-
men nihil nisi adulterinam habere faciem. Adserunt in primis
ceu etiam ex superioribus liquet, Formæ istius vim, quæ ego
jam saepius dixi corpus Naturale suis exornari ornamen-
tis, imbui dotibus, agitari motu, & è loco ad locum moveri,
quoad dependentiam consistere in legitimâ connexione parti-

um, uimjrum in motu, quiete, situ, figura & magnitudine. Sed præstaret sanè, prout mihi videatur, mediocti ingenio sapere, quam tanta subtilitate, quod è humilibus & plebeis animabus quisq; non ignorat, non intelligisse hæc scil. accidentia nullam habere virtutem effectricem $\kappa\alpha\tau\eta$ & per se, sed $\kappa\alpha\tau\eta$ οὐ μέθετης tantum, ubi cum causa principali nra. formæ per se agente concurrent. Quantitatris enim & figuræ per se nulla est efficacia, & motus circa adminiculum virtutis à causa per se agente & movente mutuata omni efficacia destruitur, adeoque nihil efficeret potest.

§. II.

Qvis ergo non videt Carthesium, cuius alias sagax fuit ingenium, cum suæ opinionis sectatoribus, heic aliquid humani pati, & contra clarissimæ veritatis torrentem niti, qui tam horrendum, tam monstrorum, tamquæ è diametro 5. scripturæ contrarium dogma cedere ausus fuit, ex quo velut propagine seu traduce infinita derivantur absurditatum agmina. Ab hujusmodi formæ vi, quæ consistit in motu, quiete, figura & magnitudine, falsissima hæc emergit consequentia: animalia videbiles bruta & plantas, quærum vitam adscribunt dictis accidentibus, tam diu vivere, & in vigore esse, & officium ac munus suum obire, mutuisque præsidiis & auxiliis ad conservationem sui, singulari consensu ac concordia conspirare, quamdiu istæ partes earum certo ordine invicem combinatae & connexæ, in iis consistunt. Ex quo jam pariter & ab iis quæ dicenda, judicari in proclivi erit, quæm vana, lubrica & falsa sit fundamenti istius ratio, cui aduersa pars superstruit absurdam suam sententiam de formæ consistente in figuræ, situ & magnitudinis efficaciâ, si enim aliquo veritatis fundamento nixæ esset, utique omnia animata cædem membrorum se inter spiritudine ac coagmentatione pollutia, vel naturæ lege mortua, vel præter absolucionem humili radicalis violenter enecta, pristina sua munia non deserenter, nec reciprocas operas sibi præstare des-

desinarent, vel corporum suorum ac partium singularum turpem adeo deformationem & in putredinem resolutionem sentient. At fallum hoc & sensuum iudiciis, veræq; experientia observationibus oppidò contrarium. Ergo illud &c.

§. III.

Porrò si formæ vices sustinerent illæ tæpius recitatæ conditiones, mirificè scire gestio, quâ ratione, quovè modo aquilam à bove, passerem ab alce discernere velint Carthesiani, sed forte iterum recurrent ad motus, magnitudinis, situs & figuræ diversitatem, ab his videlicet petendam esse eorum differentiam, his rationum momentis inducti, petitis ab identitate animæ sensitivæ, utriusque eorum competentis. Nam si Aquila specificè differat à bove propter Formam sensitivam, quâ gaudet, & non dictas conditiones, utique sequitur animam sentientem in aquilâ & animam sentientem in bove specie quoque differre. At hoc est absurdum. E. & illud. Majorem evidentem esse dicunt. Minorem probant exinde, quia animalis natura, quæ est in aquilâ, ab eâ animalis naturâ, quæ est in bove, specie non differt. Ergo nec anima sentiens hujus ab sentiente illius, & ex consequenti nec illa ab hoc, nisi diversitate partium. Hanc utut delicatam satis & plausibilem Carthesianam, ejusque sequacium collectionem, falsam esse nemo inficiabitur, nisi cui natura fungum pro cerebro, peponem pro corde dedit.

§. IV.

Nam eadem anima seu forma si omnibus inesset animalibus, ut illi volunt, cur non easdem virtutes, motus, inclinationes, vires & operationes causat, atque univocâ planè ratione producit æque in hujus ac illius speciei individuis? & posito, tamen non concessò utriusq; animæ operationes esse ejusdem naturæ specificæ, nondum tamen firmâ consecutione & sequelâ probari posset, earum principia esse etiam unius ejusdemque speciei, idque propterea, quia proprietates illæ non ex

proprio cuique; sed ex communī utique emanant & fluunt gradu, videlicet ex ipso esse animalis, quod probabilitate duntur analogicē competit Aquilæ & bovi. Hisce cum videant se victos esse & propriis penē constrictos laqueis, contraria sententiæ patrocinium, qui ex professo suscepserunt, ulterius animosè insurgunt & assertionis nostræ veritatem evaginato hoc objectionis aggrediantur gladio: *Forma ista subtilis cum à materia & commercio difficiantur, aut extra eam remanent superestites, aut unā summa interitus redundunt obnoxia? si illud, quò se recipiunt? vel quem in finem remanent, quippe nullam propensionem habent ad redunionem cum materiali sua, quod exinde patet, quia nulla evincitur argumentū illas effere resurrecturas.* Si hoc ut ex plurimorum præcipuum veterum in modis rea centiorum sapientia gloriā celebrium, tam Theologorum quidam Philosophorum patet confessione: *Quā veritatis specie dicimur entes substantiales; que nulla ut creaturā corrumpi & destrui possunt & annihilatio euenit non secundum ac creatio ad Deum solum spectat.*

S. V.

Sed quam insolens, absurdā & inconsequens etiam hæc adversariorum sit objectio, nemini non obvium esse arbitror. Qualis enim consequentia? nescivit terminum ad quem, Philosophorum Phœnix Aristoteles morti jam jam vicinus, dum rupro ejularū, contentaq; voce hæc in querula erupit verba: *Nudus vens, anxius vixi, quò vadām, nescio, o ens ensium miserere mei!* Ergo hinc concludendum animam ejus non fuisse superstitem, quia nescivit quò se reciperet. Ad nostrum etiam institutum convenientissimè accommodari potest dictum salvatoris Joh 3. v. 8 ita sonans: *Spiritus b. e. ventus spirat ubi vult, sed nescit unde venit & quò vadat.* Nonne ergo proper hanc iguorantiam nulla sit ventorum existentia, origo & finis? Formas igitur hisce præmissis substantiales mihi, salvā tñ meliori (si que nixa decur apodicticis rationibus) sa- niōti veteriq; sententiā, soluto vinculo superstites remanere

non

non absurdum contraq; earum naturam, sed probabile videtur, quia nullius causæ finitæ virtute & activitate ordinariè destrui-
sunt aliquo modo ex se & principio naturali interno ad interi-
cum deduci possunt, quia in totum dependent à solius Dei influ-
xu conservativo & causalitate, quæ sublatâ etiam interirent,
positâ verò ponerentur & illæ; cum nullam habeant vim aliæ
causæ creatæ, quæ contra Deum prævalere possint: Et præter-
ea gaudent immunitate ab omni materiâ, nec obnoxiae sunt
contrarietati principiorum invicem pugnantium, & interitum-
ac mortem inducentium seu causantium; his enim exulantibus
nullus relinquitur locus ab intra annihilationi & destructioni
ulli inducendæ vi & activitate causarum naturalium, utpote o-
perantium per dependentiam à præexistente subjecto, & indu-
cendo alterationem beneficio contrariarum qualitatum. Porrò
tenendum est, ob ignorantiam nostram finis, propter quem
hæc vel illa res sit, non tuto concludi istius existentiaz negatione.
Multæ quippe dantur quorum finem proprium & proximum i-
gnoramus, utpote aquarum supracœlestiū supra siderei cœli sphæ-
ram existentium. Sic etiam ignoramus finem Intercessionis Christi
pro animabus in æternitatis palatia translatis habendæ. Vide hæc
de re eruditissimè disurrentem undiquaq; consummatissimum
Theologum Doct. Enev. Svenonium in Lytrodoxiâ Jesu p. 44. 45
Huic adscriptioni assonat & magnam vim subministrat Sperling.
inquiens: Manet ergo formas cum intereunt annihilari. Illud
saltē indagini est aliorū, natureq; mysteriū plenum, quando
ista formarum fiat annihilationis. Instit. lib. 7. p. 139. Exer-
gitas. 3. Prop. 5. pag. 127.

§. VI.

Adhuc in campum nobiscum fortioribus muniti objectio-
num tormentis, egrediuntur adversarii, missis hoc in castra no-
stræ telo: Formæ subst. quibus corpora N. gaudent, aut sunt ma-
teriales seu extense, aut immateriales seu intellectuales. Sed
non hoc, quia sic concederentur esse ejusdem speciei cum formis

rationibus, quod falsum, & scriptura sacra contrarium, nec illud
quia manifestam involvit contradictionem & repugnanciam.
Nam esse extensem seu materiale & informare materiale seu
extensem implicat. E. Ut ut verò contraria pars ingentem sco-
pulum hunc putat, scrupulum tamen potiori jure esse existi-
mo, & quo adassertio nostræ nihil metuendum naufragii. Im-
primis inde hinc insignis dispalescit error hoc nomine, quod
dicant formas reliquorum corporum naturalium excepto cor-
pore humano non posse dici immateriales, quia sic nullum
intercederet discriminem inter has & illas, quod tamen non se-
quitur; non omnia enim quæ convenient quadam ratione appellati-
onis, prædicati & affectionum sunt propterea ejusdem speciei.
Conveniunt enim proprietatibus quibusdam angelii & animæ
rationales & appellantur spiritus, nihilosecias tñ. specificè
differunt.

§. VII.

Dicimus ergo recte rationis dictamine moti formas subst.
corporum Nat. medium obtinere naturam inter materiam &
essentiam spiritualem. Exinde tamen non sequitur eas forma-
liter esse spiritus, et si accedant ad analogicam earundem indi-
lem. Unde ita porrò hæcce emergit necessariæ illationis ratio:
Si corporibus N. non competenter For. Subst. aut earum rō
esse aliquid contrarium esset à parte creatoris: aut ex parte
dictarum formarum: aut ex parte ipsius creationis: aut ex par-
te finis. Verum non primò à parte Dei creantis, quia ille vel
non posset, vel non vell. At non illud, ratio hujus asser-
tionis hæc est, quia in omnipotentiam Dei injurium est ac
blasphemum, dictu audituq; horibile. Deus quippe æquè po-
tens fuit ad productionem Formarum substantialium, ac ad
creationem angelorum & formarum rationalium. Neq; hoc,
adserere enim Deum non voluisse formas producere pariter in
eius veritatem & bonitatem injurium est, prout haud obscure
videre licet ex historia Mosaica Gen. i. v. 10. Germinet terra
herbam

herbari virentem Sc. & seq. v. 20. Produceant aqua reptile animae viventis Sc. & v. 24. Produceat terra animam viventem in genere suo, sumentia, reptilia & bestias terra iuxta species suas. Sc.

S. VIII.

Nec secundò à parte objecti creandi, Formarum nema
pe subst. Sequeretur namq; hinc ejusdem productionem Deo
vel esse impossibilem, vel odiosam, vel deniq; ed indignam.
Non primum, quoiam nihil boni, adeoq; nec ipsius Formæ
subst. creationem omnipotentie divinitat esse repugnantem con-
stat. Nec secundum, eandem ob causam, quia Deo nihil boni
invisum. Nec tertium; non enim Deo fuit indigna ipsarum mere
materialium rerum productio, ergo minus indigna eo erat.
Form. Subst. medium naturam habentium productio. Nec ter-
tio aliquid creationi earum à parte creationis repugnat, quæ
est ex non ente seu nihilo eductio. Quid ergo obstat quo mi-
nus hæc æque dictis formis ac aliis creaturis attribui possit?
Nec deniq; ratione finis, quia ille & respectu Dei, & ratione
corporum est, illum ut glorificant, horum ut omnia mem-
bra, fibras, viscera, singulaq; receptacula totalitate essentia &
perfectionis, ac penetrativa vi pervadendo, cuilibet speciei sua
semina ad perpetuanda in generationis circulo sui generis in-
dividua, prolifica reddant, & ea ab interitu vindicent, ne
sadant omnia simul.

CAP. VII.

S. I.

H_{is} ita stantibus, porrò observandum, posse dictis Formis
Habsq; ullò imperfectionis & repugnanciæ sensu assignari ex-
tentio quædam analogica & impropriè sic dicta, quæ totum
corpus replet, ita tamen ut partem ex ea partem non habeant;
non v. quantitativa & prædicamentalis, seu situialis, quæ est pro-
priae magnitudinis & corporis quanti, quæ partes ita habent

30

dispositas, ut ubi una est earum, ibi altera non possit esse; Quà distinctione ad rationis scrutinium revocatā, facile apparet nihil pro Cartesiano praesidē inesse huic objectioni. Salvo igitur aliorum judicio, statuo omnes Formas Subst. non juxta unam sui partem alligatas adhaerere huic parti subjecti, & juxta aliam affixas alii ejus parti, Sed eas per universa sua subjecta, omniaq; eorum membra esse permeabiles, omniaq; & singula unā simplici & arctissimā ~~περικαρπίων~~ informare & actuare,

S. II.

Ad oculum enim patet, & quidem clarissime, quod omnis planè singulaq; corporis animati membra nutrantur, augeantur, vegetentur, ergo necesse est Formam seu animam, omnibus iisdem membris adesse, ejusq; totalitatem tantam esse, quantum est subjectum ipsum vivum. Nulla quippè actio vitalis institui potest circa agentis præsentiam, nec Forma seu anima operari nisi adsit, propria quippè à subjecto separari impossibile esse, eodem nihilominus salvo remanente, sobria Philosophia & recte rationis dictamen dicitant. Est igitur haud male instituti animi, veræ Philosophiæ, sanisq; eruditorum & prudentum judiciis non reluctari. Fateor quidem hanc positionē meam videri novam & in lubrico positam, aleæq; esse maximè anticipitis, re tm. intensiori animi acie extra & in eure penitātā, non quoque quia eandem adstruam, motus rationum propugnaculis exinde petitis, quia formæ sunt ab omni quantitate immunes, adeoq; omnis extensionis quantitatīvæ expertes. Quantitas quippe consequitur materiam seu proprietas, effectivè ab ipsâ fluens atq; dimans, ergo nequeunt in spatio existere per partium ad differentes spatii partes commensurationem, adeoq; sunt totæ ubicunq; sunt, totæ in subjecto & qualibet ejus parte, quod exinde damus probatum, quia potentia formarum per resultationem quandam ebulliunt ab ipsis formis, tanquam accidentia propria effectivè inde derivata, quæ alibi existere nequeunt ni-

Æ in ipsis formis, que sunt vere eorum principia & causæ efficientes, ergo quia operationes animæ seu formæ adeo insunt omnibus membris, ut nullum eorum actuali earum præsentia & informatione delitatuue, pariter etiam necessariò sequitur. Formam partem extra partem non habentem omnibus etiam iisdem adesse. Sed in contrarium ita nituntur adversarii hoc elypto muniti: Quacunq; anima seu forma consistit tota in toto, & tota in qualibet totius particula, illa est spiritus. Atquæ leonu, urfi, coryli anima seu forma est tota in toto, & tota in qualibet horum particula. E. Leo, Ursus, corylus sunt spiritus. Hoc argumentum in fronte quidem & primâ specie aliquid polliceti videtur, penitus verò id inspicere in recessu nihil solidi representare video, quia spiritualis essentiæ formalis ratio non omnimodè, simpliciter & absolutè constitui potest in formis spiritualibus, eò, quod totæ consistant in subjecto & totæ in quolibet ejusdem membro, quod informant & actuant, sed hoc illis cum aliis formis subit, commune. Veritatis fundamentum hoiis adsessioni accedit inde, quia proprietas ista totaliter inesse toti, & cuilibet totius parti, his seq; ac formis spiritualibus competit, idq; ideo, quia cujuslibet extensionis quantitativer expertes sunt, haud secus ac istæ. Indivisibilitatis quippe formalis ratio non πρότερη & primario dependet suam habet ex essentiæ spirituali, sed potius ex quantitatis carentia, nam si queratur quare essentiæ spirituales gaudent indivisibilitate seu inextensione? Relp propter extensionis quantitativer carentiam. Hoc idem Calov. Magnum hujus Eruditæ orbis lumen confirmat, pag. 94 195. Quisquid enim quantum est, illud indivisibile adeoq; corporeæ molie esse oportet ac parte babere ex ea pars em. Quoniamque quippe & extensio parsium presupponit corpus seu materiam. Quibus sane verbis appositiæ indigitavit & verissimè radicem divisibilitatis esse quantitatem & extensionis potentiam. Radicem verò indivisibilitatis esse quantitatis & positionis partium extra partes immunitatem. Uti e-

miss qui vult quantitativam extensionem de corpore naturali demonstrativè ostendere, pro medio accipit materiam hoc modo; omne materialem est quantum. At omne corpus naturale est materialem; Ergo. Ita è converso & in oppositum, qui vult immunitatem quantitatis indeq; resultantis indivisibilitatis de forme demonstrare, ille pro medio sumit carentiam materie hoc modos. Quicquid est materie expers, id est expers quantitatis & per consequens divisibilitatis. Atq; omnes formæ &c. E.

S. III.

Hinc ergo nullatenus sequitur, quod omne illud quod extensionis quantitativer non est susceptivum, & immune à divisibilitate sit spiritus. Quod luculenter satis exinde evinco, quia dantur accidentia spiritualia omnis quantitatis expertia, divisibilitate carentia, tota in toto consistentia, quod ex logica eruditorum observatione & verissimâ experientia patet, ea ideo spiritus esse, adserere, est ἀτόπως ἀλογοστόν. Formas enim substantiales non esse spiritus statuimus, esse tamen spiritualis naturæ & essentiam habere, si non cum ceteris spiritibus univocam, saltem istis quodammodo analogâ. Quippe ratione sui omnimodam involvunt inęacitatem & repugnantiam ad habendam extensionem & divisibilitatem. Est namque forma & que tota in minimo ē glande querinâ emergente germine, ac in procerâ queru. Neque forma seu anima, que est in minimo ramuscule minor est, quam que est in totâ arbore, quippe in ipso ipsius vitæ & vitalium operationum &que illustres apparent indices, ac in ipsâ vastissimâ arbore. Ignis pariter & aquæ forma in ἀτόμῳ & que perfecta est totalitate essentiæ, ac in maximâ corundem mole. Hinc fluit argumentum: Cuicunque non competit ubi- quitas, nec tamen spatiæ occupatio, nec circumscriptio localis, eidem competit τὸ πῦ definitivum & facultas seu ratio essen- di totum ubicunque est. Atqui formis substantialibus non com- petit ubiquitas, nec tamen spatiæ occupatio, &c. E. Connexionem Majoris esse veram cum nemo dubitet, eam hic probare non

non recessum duos. Minoris lux satis superque exinde inclinat
rescit, quia esse circumscriptivè in loco supponit corpoream
molem, & partes inde pullulantes quantitativas, in quantum hæc à
partibus spatii, illud à toto spatio commensurationem habeat.
At omnes formas substantiales à corporibus immaterialitatis dif-
ferentiā in immensum discriminari, illos, qui in scientiæ natura-
lis studio non leviter sunt versati, fugere nequit; circumscriptiva
quippe locabilitas est propria affectio corporis seu essentiale conse-
quens naturā corporis, mediante quidem quantitate ei competens.
Confer. Calv. p. 197. Meis. qvest. Met. B. Thur. Met. part.
Gen. Cap. 7. pag. 157. & From. Met. Lib. 2. cap. 7. Qvest. 5.

§. IV.

Dehinc ne divisionem statuentes obtineant, quod obtri-
nere laborant, probè sciendum est ex surculorum spūctis,
seu insitione invalidam peti demonstrationis vim atque ratio-
nem, pro statuminandâ formarum divisione. Licet enim isti sur-
culi ab ipsis arboribus animæ haud expertes divellantur, proin-
de tamen non statim necessariò sequitur ipsarum arborum animas
in surculos migrate, aut earum particulam aliquam ab ipsis
animabus separati & ex iis in surculos deferri, sed prorsus novas
formas specie non diversas, nec numero easdem produci & com-
municari citra omacm earum divisionem, quæ si fieret, nulla pro-
fusa speranda foret propagatio, eum è divisione non modo in-
signis quædam mutilatio oritur ac imperfectionis gradus, sed &
totalis carundem interitus & annihilatio. At jam contrarium evi-
nit evidenter perfectorum effectuum, arboribus pariter & i-
pis surculis competentium. Quæ namque perfecta deprehendi-
ent arbor post, ac ante fractionem surculorum, qui etiam non
minus ac arbor, ex quæ separati, crescent, frondescunt, vegetan-
tur & fructus protrudunt, qui necessariò requirunt causam
realiter & perfectè influentem cum ipsis surculis traductam.
Quiescente enim causâ aut læsa & mutilata per divisionem
influxus operativus etiam mutilatur & cessat. Tenendum

ergo surculos istos quidem accepisse animam seu formam ab ipsa arbore, ante divulsionem, salvâ nihilo seclusus existente, integraque remanente animâ ipsius arboris $\delta\sigma\alpha$, non partialem, sed totalem scilicet per communicationem, peracto generationis opere, in quo peragendo ipsa forma terminum se & veram proximamvè formationis causam sistit beneficio gemmarum cortici adhærentium, seminisque particulas latentis intra viscera essentiaz suæ tenentium, arboremque de novo inde producentium. Læsis verò aut sublatis gemmarum protectionibus, animalium propagatio pariter desperata res est, carum namque productionem animalium formationem involvere constat. Idem judicium esto de ramis salicis excisis, qui terræ mandati in arborem crescunt, in quibus vis prolifica & spiritus spermaticus in parenchymate feminis delitescens ex fibris per totum salicis corpus diffusus est. Timidè certè hoc adsererem & ambiguus fidei, nisi recte rationis dictamen, firmæ rationes & fidissima huic assertioni ab excellentissimis Philosophis testimonia essent. Audiatur hac de re Sennertus Hyp. 4. Cap. 6. pag. 223. Pater, ait, rectius dici, animam multiplicari, quam dividiri. Cum enim nihil dividatur, nisi quantum, quod habeat partem extra partem, anima verò cum quanta non sit, nec habeat partem extra partem, propriè non dividitur, nec per se, nec per accidens. Nostras hic partes vindicat eximiè Eximus ille Philosophus Sperlingius insit. Phys. L. 1. C. 3. Q. 3. pag 132. Et defens. part. 2. C. 14. p. item 427. C. 13 p. 417 Dissere. de trad. Cap. 16. p. 321. verbais ea se habent: Traduxest propago seu pars ab arbore sedata, & in aliam arborem traducta, hoc unum præ se ferens quod generans genito communicet formam non quidem per divisionem, nec per transfusionem, sed per novam formâ nova specie quidem eisdem, numero vero diversa productionem. Huc respexisse etiam videretur Meisnerus, in Phil. Sob. pag. 103. sect. 4. si forme quante sunt, statuenda est dimensionum penetratio, que in. ab omnibus naturæ consultis veluti res impossibilis dudum est pre-

proscripta. Arist. lib. 7. Met. v. 7. inquit omnis forma conficitur in atome. Scal. exercit. 12. s. 2. Non patiuntur formae divisionem, sed exercit. 12. s. 15 cum forma se extendit in materiam novam applicatam promovet se, non augetur. Exercit. 307. 17. formam si dixeris, immaterialitatem & simplicitatem intelligas. Exercit. 307. sect. 17. Adeo divina res forma est, ut cum sit substantia aliam totam sui impleat substantiam, ut ex utrâque fiat unum. Vide adhuc Dictum Sperl. Dissert. de Trad. C. 2. pag. 8. 9. 10. & sequentia & cap. 8. pag. 28. & eodem cap. pag. 101. Et Exercit. 11. prop. 3. p. 192. Ex dictis ergo consecutum est formæ substantiales omnium plantarum omniumq; brutorum divulsus materie quibusdam particulis, non dividi seu mutilari, sed revera retrahiri, & ut in materia accretione non extensionem patiuntur, sed tantum promoyendi se facultate gaudent: æquali planè modo in ejus divisione non dividuntur, sed ex particulis abscessis verè remeant & omnino retrocedunt. Dissectis ergo serpentibus aliisque insectis plurimas in partes, quamplam egregiè mobilem animadvertisimus, non tamen motus ille ab ipsa forma specifica resultat, sed ab ipsis spiritibus agilioribus, qui adhuc post emigrationem animæ seu formæ corporis particulæ aliquantisper agitate deprehenduntur. Neque ab hoc ab ludit B. Sperling. Sed mihi ὄμοψη φαίται. Ab parvi, inquiens, res hec ponderis, cum spiritus id agant, non divide animæ partes. pag. 145. De hac controvèrsiâ fortassis uberior dabitur in ipsa οὐρανήστερη disquirendi ansa.

§. V.

Ex hisce licet satis luculentum sit existentiam formæ subst. medium inter corpus & spiritum obtinentis naturam, à nemine in dubium adduci posse verè, atque adeò illam ad minimum eo demonstrationis genere demonstrari posse, cui nemo, nisi pertinaciâ potius & animi obstinatione, quām rationum momentis rem gerere velit, rationabiliter contradicere queat. Nihilosecius tamen adversarii necesse strophas perguant spretisq;

quibus vix similia ne dum fortiora unquam adducere possunt, rationum fundamentis, & receptis passim in accuratius Philosophantium scholis placitis recentiora, melioraque se scire jactant, eā scilicet intentione ut sic declarent se non ad ineptas redactos. Unde talem nestunt haud contemnendae illationis nodum: *Quicquid naturaliter demonstrabile est, illudeat sub sensum iudicium, vel naturalem mentis cognitionem.* At qui Formæ subst. non eadunt sub sensu vel naturalem mentis cognitionem. E. Majorem ni fallor exinde nituntur corroborare, quia tensus à Deo sunt modi & viæ hominibus concessæ, quibus intellectus humanus suis quasi remigiis subiectus in rerum naturalium notitiam penetrare queat. *Nexum Minoris etiam, cui fundamenti levitatem adversa pars superstruit & absurdam suam sententiam, exinde probare videntur, quia species intelligibilis emanat èphantasmate, quod est species sensibilis in phantasia, sed nullæ dantur species sensibiles formarum, ergo nec intelligibiles.*

§. VI.

Ut verò fculneæ hæ objectionum fibra vereundam veritatis faciem in aprico posita cerussata meriticia suæ fraudis fronte non fædant, sed exigua duntaxat veritatis aspergine & humore evallantur, probè ex iis tenebras his distinctionum radiis disceutimus, distingvendo scilicet inter notitiam abstractivam & intuitivam; inter id quod *hæc d'ūs* seu per se & directe, & id quod indirecte & ratione alterius sensuum beneficio est perceptibile, imò inter demonstrationem à priori & posteriori. Abstractiva dicitur illa notitia, cuius ductu res non quidem in se suaque essentiâ, sed ratione alterius innotescit. Intuitiva verò rerum notitia, illa est, cuius beneficio res non in alio aut ope alterius, sed in se ipsa suaque essentiâ perceptibilis est. Qibus ita presuppositis cuilibet conspicuum est, *Aethiopem lavare, & omnem operam oleumque perdere illos, qui allato isto argumento utuntur pro destruenda formâ subst.* Non tandem

tandum ergo: connexionem Majoris duplice fovere sensum? Et quidem primò hunc: Quicquid naturaliter demonstrabile est, illud sub sensuum iudicium, vel naturalem mentis cognitionem eadit à priore seu per se immediatè & directè; Absolutè intellectam Majorem, veritatis pedamento haud inniti firmiter dicimus, ut enim aliquid intellectui sit cognoscibile, sufficit si cognoscatur notitia abstractivà, & sensuum ministerio. Sic exempl. g. humana ratio utut ignorantiae tenebris obscurata ex effectu præcognito in causæ cognitionem penetrare potest, licet à nullo cognita fuerit causa, sufficit enim quod cognitus fuerit effectus, arguens immotè causam actu existentem.

§. VII.

Insuper Distincti, inter difficultatem & attingendi impossibilitatem, occurrit quidem in cognoscendis rebus è lumine naturæ difficultas, at non impossibilitas. Difficultas cum sit industria & labore superabilis cognitionem non debet tollere, sed ad eam magis ac magis extimulare. Secundò hunc habet sensum: Quicquid naturaliter demonstrabile est, illud incurrit in sensus abstractivè & indirectè, seu mediatè & per aliud, hoc modo fallit minor, quod scil. formæ subst. non incurvant in sensu à posteriori & per aliud aliquod prædicatum ab ipsis proveniens nobis notius, quam sit ipsa essentia earum. Medium enim cuius beneficio demonstratur aliquid, debet esse notius quoad nos re demonstrandâ, est namq; demonstratio modus manifestativus ignoti per notius, geminæ namq; sunt sealæ, & duo quasi crura, quibus ambulat omnis omnium scientiarum integritas & essentia, recta sc. ratio & vera experientia, quæ quasi amico vinculo inter se sociatæ & altera alteri præbet auxiliares ac famulatrices manus, at multijugæ operationes formarum subst. sensibus & experientiæ observationibus percipiuntur, cœu multis, iisq; radiis solaribus clarioribus probatum modis jam ante edictum. Ergo à negatione unius modi ac cognitionis medii ad negationem omnis cognitionis infirma

est collectio, seu à negatione cognitionis perfectæ & omnimo-
dæ, non sequitur negatio cognitionis aliqualis & quodammo-
do perfectæ. Sicut enim siderum principis claritatem fixis oculis
intueri & sustinere quis nequit, nisi forte per ipsius imaginem
in aquis quiescentibus impressam: Pari etiam modo in rerum
oculorum tunicis imperceptibilium contemplatione, causarum
& principiorum claritatem ingenii oculis nemo sustinere pot-
est, nisi per adumbrans simulacrum effectuum ab ipsis causis
immediatè fluentium.

§. VIII.

Ceterum ne de propriis solummodo argumentorum ra-
cemiis vindemiam instituere videar, Philosophorum fores, haud
pigebit ire pulsatum, ut, quid hæc in re senatus Antiquorum
senserit, indagem, ex quorum numero se sistit, imprimis. B.
Bernhard. *Miranda prorsus*, inquit, & miseranda humanarum
conditio animarum, quæ licet tam multa foris ingenii vi-
tate percipiant, nulla tamen perspicacitate semetipsæ, sicut
sunt nosse aut cogitare sufficient, sed eagent omnino figuris &
eognimatibus quibusdam corporearum similitudinum, ut ex vi-
sibilibus & exterioribus possint vel aliquatenus invisibilia atquæ
interna conjectere. Huic sententia magni illius Galeni i. de Temp.
C. 8. consentit auctoritas; ergo licet, inquit, haec forme tam
abstruse & nobis latentes sint, non tamen eas esse penitus negabi-
mus: Cum à nostra ignorantia in scrutando naturam, ad ne-
gandam rei essentiam, est funem ex arena neclere. Quà con-
cisiōi verborum serie, quid aliud censem nobis adumbrari,
quam quod à nostra non animadvertentiā, & prodigiosa in-
scitia ac cætitate, in scrutandis rimandisq; naturæ arcanis, ad
prorsus denegandam ipsius rei existentiam absurdam esse colle-
ctionem. Sequitur ergo, cum formas has non per se, speciemq;
suam propriam ob cætitatem intellestus cernere possimus, in
operibus ceu in speculo adumbratas earum essentias intueamur.
In infinita enim entia inveniuntur in admirando naturæ territo-
rio,

rio; neq; visus neq; tactui exposita, quorum tamen actualis existentia negari nequit sine insigni quadam absurditate. Sic quæ in veribus torrentur fereula, ab eo, qui sensuum ministerio percipitur igne, minimè assuntur, & quamvis plerumq; dicta fereula tantâ vi penetrativâ tangat, ut exurantur tandem, neq; ideo tamen visus administrâ ope ignis ille perceptibilis est. Sic per aëris vastitatē tempore & stivali, infinita atomorum ignearū agmina disperla huc atq; illuc invisibili modo vagātur, à principiis ostensivis, si non πρώτως & primariò talibus, δευτέρως & secundariò evidentē demonstrantur. Sic qui navim aliquam per incerta undabusi maris tempestatumq; volvi, & nunc ceu ad sydera usq; fluctuum tumore extolli, nunc iisdem subsidentibus in abyssum profundissimam prorui videt, gubernatorem, citra cujus præsentiam & prudentem gubernationem naufragium jam jam factura foret, oculis & visu comprehendere nequit, exinde tamen ejus solertia & directione eandem regi si negaverit & cerebro certè & intellectu carere concluderetur. Perquām igitur absurdum est formas quā tales visu & oculorum acie comprehendere velle, cum nec corpora omnia à nobis sensuum ministerio percipi queunt, sed saltem quæ mixturæ & compositionis gaudent manifestioris beneficio, certamq; de se projiciunt radiorum aciem.

CAP. VIII.

§. I.

Hilce nunc ita quadantenus sufficientis confutationis sole dispulsi errorū nimbis, vela allubesceret contrahere, & sub seleno veritatis phœbo securè quiescere, sed enī foribus quasi effractis, furentius in scenam proslit cataphracta adversæ partis et chors, & quasi fulminis hoc iētu nos confundere satagit: *Cureunque non per se, sed beneficio alterius competit subsistentia & suus existendi modus, illud non est substantia sed accidens.* Atqui formie non per se, sed beneficio alterius competit subsistentia & suus

suum existendi modum. Ergo. Fundamentum & colorem subsumptioni querunt exinde, quia omnes hæ formæ à quibusdam nostratum vocantur materiales, cò quod in corporibus sianæ, operentur & dependenter existunt. Sed quid aliud tormento hoc largo nugarum & absurditatum, imò & falsitatum efficiunt aduersarii, quām quod capti hoc volandi pro lubio & vanæ eruditiois fiduciâ pennis suis nimis sibi placentes,

- - - - - *Tollantur in alcum,*

Ut Ispu graviori ruans;

quam quod ipsi se transversos præcipitent in errorum devia & pessundati veræ assertioñis meæ jubare, quo rationum mearum momenta præfulgent. Quod ut palam fiat, notandum rò dependenter in alio existere, diversimodè in Philosophorum circo explicari. Accipitur primò *κύριος* & in sensu proprio, idque pro dependentiâ effectivâ, quomodo cuncta creata dicuntur ita dependenter Deum respicere, ut, quamvis proprium habeant existendi modum, non possint non dependere a Deo; vel de dependentia subjectiva, cuius beneficio accidentia à subjectis suis ita dependent, ut extra ea, sine implicacione contradictionis consistere nequeant, quā ratione dicuntur à Beda Entia ad aliquid eeu propagines entis. Secundò *αὐτός* & *περικώς*, pro quavis dependentiâ, secundum quam, quævis res locata dependet à suo loco, ita ut non possit esse nisi existat in hoc vel illo loco.

§. II.

Juxta hanc acceptioñem, non alias formis suum existendi competere modum beneficio materiæ facile concedo. Quibus peniculatiūs perpensis, sinè umbone & vulnere repellere potest telum, modò in castra nostra injectum, quō formas vulneras è numero substantiarum exterminatum ire satagunt. Quod ut palam videatur, dicto spiculo remissori arcus nervo vibrato, hunc elyptum opponimus, scil. Distinct. quā distingvitus inter

inter quamvis inexistenciam *ir ȳsae* consideratam, quæ substantiis ipsis competit, & inexistenciam strictè & in rigore acceptam. Quà breviter & perspicuè præsupposita, inficiamus minorē cum suā probatione. Evictum enim est superius Formas à materiâ separatas existere, & eadem corruptâ non statim unā intrinsecè & ex suā interire naturâ, nisi extrinsecè saltem & per potentiam soli Deo obedientialem. Sicut enim ex nihilo negativo nihil fieri potest, ita nec aliqvid *Physicē* in purum putum nihil sui redigi; Divina & infinita Dei potentia ad utrumque requiritur, cum verò Deus incomprehensibili suo consilio, rerum vicissitudines decreverit, nulla videatur apodicticâ ratione stabiliri posse Deum ante diem revelationis omnium has formas annihilate. Qvod ergo formæ sint substantiæ & non accidentia, proporrò demonstrabile est ex immediatâ entis in substantiam & accidens divisione & oppositione. Qvodlibet enim ens vel est substantia vel accidens, tertium seu suā natura extra adminiculum alicujus substantiæ operaciones producens, qui heic vult querere, querit nondum in scirpo, & alitem educare gestit, cujus nondum in ovo ducta apparet lineamenta, hoc est medium inter accidens & substantiam demonstrare allaborat, sed operam certè oleumque perdit, vah igitur &

Heu vanas hominum mentes & pellora caca!

Quod verò præterea appellationem illam attinet, quā formæ dicuntur à quibusdam nostris Materiales, sciendum est indè nihil periculi nostræ sententiae imminere, quin formæ substanciales per discursum rectæ rationis ab illarum effectuum speculo excitatum, rectissime dicantur immateriales. Omnis namq; substantia vel est immaterialis & ab omni quantitate, atque adeo corporeitate abstracta, vel materialis seu corporea, indigentiam supponens perfectionis scilicet ab alia immateriali comparete participandæ, quæ opponuntur sibi invicem ἀνιφαλίκως vel per oppositas differentias, ut nullum eas inter admitti possit medium. Et licet plurimis in rebus denominandis ad modum

vulgi necessitas cogat nos loqui, & ob verborum penuriam &
defectum iis terminis uti, qui in familiari sermone usurpantur,
non diffidendum tamen est hominum loquendi formam & ra-
tionem à rei denominatae veritate & innatā intimāque indo-
le & proprietate sēpissimè in immensum dissentire, & gravissi-
mè errare eos, qui potius ad nuda verba & appellations, quād
ad res sub iisdem intellectas attendunt. Sic vulgariter dicunt
Sveci late Wäder/ cum tamen ita non sit nisi extrinsecā saltem
denominatione. Vide Disp. meam de Aëre, p. 55. & seq. sic dicimus
soompt Hwæt/cum tamen nullum in rerum naturā vacuum da-
tut spatum. Posito E. & non concesslo, neque in æternū
concedendo quod formæ essent materiales, non tamen tales fo-
rent qvoad rationem essentiae & ὀμοιοσίας seu identitatem sub-
stantialem cum corporibus, sed ratione τῆς ὀμοιοσίας seu
similitudinis cuiusdam cum natura corporum & saltem denomi-
natiæ seu appellatiyæ. Sic Salvator vocavit Herodem vulpem.
Judæos viperarum progeniem, qui tamen ita non erant quid-
ditate & naturā. Hinc ergo pater eos qui statuunt formas esse
materiales & nihiloscius diversas à corporibus, Erratā Carybde
in Syllam incidere, Ex cratichula, ut dicitur, precipites in præ-
nas prolabi. Nam esse materiale suā naturā & diversum
esse à materiali σιδηρόξυλον est & apertissima contradic̄tio
ἐπροσκεψέω. Nam quomodo diversa esset forma ab ipso corpore
si æque materialis esset ac ipsum Corpus. Ut ergo sensus sub hujus-
modi denominationis formarum cortice latens melius aperiatur,
plurimum prodeste videtur ad hanc rem adhuc prænotare nul-
lam ex formis substantialibus formaliter, συνανύμως vid. unis-
vocē & ἐπωθῶς, seu καὶ ἀληθεῖαι atq; κυριῶς spectatis, ma-
terialem seu corpoream esse seu recte appellari, sed æquivocē saltem
ἀκίρως & καὶ ἀδόξα, quadam similitudine, in situo & opinione
quorundā philosophorū. Sic Josephus vocatur pater Christi apud
Lucā non καὶ ἀληθεῖαι, sed καὶ ἀνθρωπος Ieu, καὶ ἀδόξα. Omnis
nāq;

illa ab omni hac diversissimā essentiam, diversum & multis modis efficaciorē operandi modum, diversam denique in effectus influenti rationem virtutemq; habet; quā absolutē loquendo materia sibi relicta planè destituitur cū ad satiem in antecedentibus id ostensum.

CAP. IX.

S. I.

Evolutis hue usque sollicitē fatis & prolixē iis, quæ tum in nostram, tum contra Cartesianorum minus recte censemus sententiam haud parum facere videbantur, non alio fine, quam ut ex prolixia hac, cāque verissimā formarum actualis existentiae exhibitā probatione, vera quoque earum innotesceret natura, nunc de definitione earundem conficiendā, tractandi provinciam Disputationis perrexendæ series nobis injungit. Abstrusam namq; omnium rerum naturam adæquate & nervosè exponit, earum definitio, circa quam, quod firmum ac stabile futurum sit, designari nihil potest. Hęc juxta logicorum decreta in duplice consistit differentiæ gradu, nominali scilicet & reali. Utramque hoc in discurso de formis delibabo, in illa breviores, in hac paulo prolixiores ducturus lineas. In definitione nominali tria quidem accuratè observanda occurrerent, utpote primò vocis Originatio seu Ratio denominationis. Secundò termini æquipollentes. Tertiò Äquivocatio seu diversarum acceptiōnum sequestratio. Etymologiz tamen & Synonymiz enodatione brevitatis ergo impræsentiarum omissa, Vocabulum formæ à suis ambiguitatibus involueris eximendo aliquantis per inhærebo, quām eis iusdem realem pandendam aggredior definitionem, idque prudenti Philosophi mēritu dicentis: *Äquivoca semper sunt distinguenda antequam vel definitione definiri, vel divisione dividī, vel in predicamento reponi possunt.* Qvibus verbis indigitare voluit vocum exquisitionem ut pluteum in arduis & abstrusis controversiis, rebus ventilandis maximam illustrationem adferre, earumque natura ignorantiam, copiosissimam ē contra erro-

tum exhibete lemnam; cupidumque ipsius rei indagatorem in
proposito retardare & difficultatum implicate tricis.

§. II.

Tenendum proinde est vocabulum formæ esse īn τῷ πολλα-
κῶσ λεγούσιν. Sumitur enim in sensu Metaphysico, pro totâ rei
quidditate, que alio nomine forma totius appellari solet, & omni
Enti tam simplici, quam composito competit. Secundum hanc
vocis considerationem, sequentes termini æquipollentes sunt
pariq; valore gaudent: forma, essentia, quidditas & natura.
Hic tamen scire juvat hæc inter nomina aliquod duntaxat in-
tercedere discrimen accidentale. Titulo namque formæ 1. deco-
ratur prout dat distingvere. Essentiaz quatenus dat constitu-
ere. Naturæ quatenus dat operari. Et quidditatis prout per
definitionem inclarescit. 2. pro differentiâ ratione magnæ i-
stius convenientiæ, quam cum ea habet, sicut enim dat esse rei
tam artificiali, quam naturali, ita etiam differentia exhibet es-
se speciei. Et quemadmodum forma est altera pars compo-
siti essentialis; & equali prorsus modo differentia est altera pars
speciei essentialis, & ut forma restringit & coarctat materiæ
ægrotias, pariter etiam differentia constringit atque determi-
nat genus ad certam speciem. 3. Pro ente simplici, quo sensu Ens
Entium Deus, intelligentiæ, animæ humanaæ, in statu separatio-
nis dicuntur formæ, non ratione informationis, sive substancialis,
sive accidentalis, quasi ad corpus aliquod seu materiam
 $\kappa\alpha\lambda'$ ἔτω informandam & actuandam influerent, sed respectu
naturalis suæ simplicitatis, cò quod simplici gaudeant naturæ,
eui infra sphæram lunæ, nihil ita ac formam convenire con-
stat. 4. Pro externâ lineamentorum & eleganti Corporis
contextura & conformatione atque nitidâ pulchritudine, qua
partes convenienti combinatione & figurâ, quodam lepore &
decoris suavitate conspirant, quo sensu forma & figura intra
pomœria prædicamentorum indifferenter continentur, & ad
quartam qualitatis speciem referri debent. Ille Ovid:

*Si mibi difficilis formam natura negauit,
Ingenio forme damna rependo mea.*

5. Pro exemplari seu ideâ & normâ, quam agens per intellectum in operando imitatur, & forma appellari sivevit, partim respectu agentis, quod suo modo informat, inq; actu causandi constituit, ut sit aptum atq; sufficiens ad operationes producendas, partim ratione rei formatæ, cuius existit imago. 6. pro externâ cauâ motrice, quâ ratione nauta dicitur navis, cui insitit, & suâ directione præst, forma assistens. 7. Pro physicâ seu certâ specie cause, à fine efficiente & materiâ realiter divisa, quæ ultima acceptio ad præsens institutum extenditissimè se expandit.

§. III.

Præmissam hanc onomatologiz qualemeunq; evolutiōnem, consideranda excipit ipsa pragmatologia, seu rei definitio, circa quam commode struendam, primus occurrit labor, qui dissentientes plurimorum super hoc negotium mirè inter se altercantum opinones intentius expendere desiderantī haud parum molestia exhiberet & difficultatis, sed ei tanquam ad institutum nostrum parum facienti, ne opus in immensum exrescat, jam nunc parcimus, & citra præjudiciorū aliorum ad definitionem ceu metam nostri laboris, formæ adsignandam animum cum crenâ convertimus, ne aliâs mutila esse & nobilissimâ sui parte destituta videatur nostra dissertatio.

Forma est causa interna, per unionem sui cum materia dans esse corpori naturali.

Hanc definitionem ut eò evidenter evadat, in partes suas essentiales studiose hic evolvendas dispescere necessarium duco & mille, quarum imprimis sese nobis sicut terminus seu conceptus communis, quem eundem unâ cum formâ ipsâ materia habet, sunt quippe quasi species univocæ sub eodem genere contentæ, quod binis hisce vocibus; causa interna, sit palam.

Formam verè esse causam, quoniam ex superius adducitis prægnantibus rationum momentis sufficienter satis evictum est, hēc idem prolixiori rationum serie evidens non redderemus, nisi nonnullæ adversantium tempestates ea hic adflarent, & quaterent licet eneri & invalido ariete, dicentium formam è censu causarum excludendam esse propterā, quia causatum est efficientis: At causatum esse, & causam esse, est $\alpha\pi\eta\varphi\alpha-$
 $\mu\alpha\tau\alpha\pi\alpha$ & implicatoriū. Resp. non esse $\alpha\pi\eta\varphi\alpha\pi\alpha$ unam eandemq[ue] rem, pro diverso considerandi modo, esse causatum efficientis, & respectu alterius ejusdam causati causam. Anima rationalis est effectum Dei, & nihilosecius alio respectu causa formalis hominis, & Deo itidem producti. Parimodo etiam forma artificialis est effectum artificis, & tamen alia sui consideratione formalis causa operis artificialis, ab eodem artifice producti. Majoris evidentiae ergo scire conducit, formam ad quatuor potissimum res intuitum & $\chi\alpha\sigma\tau\alpha$ seu relationem involvere, nim. 1. ad causam efficientem. 2. ad materiam. 3. ad operationes ab eadem obullientes, 4. ad effectum formatum. Fundamentum primæ relationis radicatum esse in respectu cause ad effectum exinde evincitur, quia forma respectu efficientis, ejus beneficio in materiam introducitur, effectum est, & ita considerata non causa sed effectum dici convevit. Secunda $\chi\alpha\sigma\tau\alpha$ seu relatio fundatur in muruo subjecti & adjuncti respectu, forma enim respicit materiam seu adjunctum receptum, ad adjunctum recipiens. Hæc pariter relatio à nativâ & propriâ formæ causalitate diversa est ac aliena, nam nullum adjunctum prout adjunctum, est forma sui subjecti. Tertiā quod attinet relationem, quæ formas inter ejusq[ue] proprias operationes intercedit, fundamime nititur in respectu efficientis & effecti. Forma quippe est principium activum omnium potentiarum suarum & effectuum, qui conspiciuntur in suppo-

sito seu informato. In 4. deniq; relatione propria causanditatio ipsius formæ fundatur.

S. V.

Evidet ita pro ingenii viribus causalitate, ejus ulterior theoria, altius aliquantò in traditam inquirendum esse definitionem exigit, in quâ ut haud incommodè nos fecisse confidimus; quod formam internam vocavimus causam, sic eandem adhuc uberiori interpretationis luce illustrare haud piget. Ut ergo formam esse causam internam extra omne ponatur dubium, hie rō internum & externum ex obscuritatis evolvendum est involucris. 1. Ratione $\tau\mu\varsigma\delta\alpha\varsigma$ consideratur, quomodo internum dicitur quod essentiam corporis nom secus ac pars per communicationem proprii constituit; Externum vero, est illud quod essentiam corporis $\sigma\sigma\alpha\pi\kappa\omega\varsigma$ non ingreditur, sive aliâs extra, sive intra subjectum consistit. 2. Ratione subjecti, denotaturq; sic voce interni quicquid ipsi inest subjecto; Externum quod adharet, adjacet, circumstat, unde quod est internum per $\tau\mu\varsigma\delta\alpha\varsigma$, non est protinus internum ratione subjecti. Juxta priorem sensum, forma causa interna definita. Sic E.g. anima humana respectu Corporis organici, recte dicitur internum quid, ratione subjecti, corpori quippe humano ad modum adjungi non partis constituentis inexistit: Respectu autem totius suppositi dicitur internum quid per essentiam, quia $\sigma\sigma\alpha\pi\kappa\omega\varsigma$ ejus substantiam intrinsecè permeat et altera pars ad constitutionem essentiale rei. Ratione functionum suarum utpote intellectus, dicitur externum, respectu $\tau\mu\varsigma\delta\alpha\varsigma$, quippe essentiam intrinsecè constituendo earum non ingreditur. Hinc ergo elucet formam esse causam internam, quia illa & Materia, quarum utraq; essentiale partem constituit, hujus sunt convenientiae ut ambæ earum operativum influxum importent ad intrinsecam rei $\sigma\sigma\alpha\pi\kappa\omega\varsigma$. Illaper modum potentiae essentiam inchoando, hæc per modum actus eandem perficiendo, actuando, formando & poliendo.

S. VI.

Terminus proprius seu restrictivus sequentibus expressus comprehenditur verbis; per unionem sui cum materia dans esse Corpus naturali. Qui terminus ut eò manifestior evadat, singulae eam constituentes voces veniunt enodandæ. Quarum omnium primò occurrit particula per, quæ cum meritis ambiguitatis terminis scatet, à neceßis observandum est, hanc quandoque denotare medium cuiusvis ordinis & loci, sic medium dicitur aëris: quandoq; causam instrumentalem, sic ignis dicitur calefacere per calorem: quandoque subjectum; sic paries dicitur coloratus per superficiem, hoc est secundum superficiem: quandoq; etiam causam efficientem, siue nota est è longo usu trita loquendi ratio, per me, per te, per illum hoc commissum est. Quandoque causam materialē, sic compositum existere dicitur per suam materiam & formam. Quamvis verò diximus cum materia, hoc ipso tamen intellectum volumus materiam non nisi inchoativè tantum & incompletè, solum autem formam per se & completere operari & dare esse rei. Præpositio τοῦ per igitur quando est proprius causæ formalis character & index, significat istam habitudinem, per quam ceu medium aliquid καὶ στῶ & per modum actus, influit ad σύστατον alterius, eique determinatum dat esse.

Per vocem corpori naturali in definitione expressam non innuitur materia, ad cuius ἔστια non influit constituendam, sed ipsum formæ correlatum, totum suppositum seu effectum formatum, cuius respectu actum suum formalem exercet, illudque constituit & informat. Neque hic reticendum est informationem in duplice spectari differentia, accidentalis scilicet & substantiali. Illa est cuius beneficio quid tribuit esse non simplex, sed esse tale & καὶ πολὺ, E.g. Præceptor informare discipulum dicitur; sed accidentaliter, qvia ei dat esse non simpliciter, sed esse tale, ut sit doctus. Hæc est, quā mediante id, quod informare dicitur, alteri largitur esse simpliciter & absolutum,

sic Formæ Substantiales, de quibus agitur, informant Corpora Naturalia non tribuendo ipsis esse accidentale & indeterminatum sed esse suum simpliciter ut sint Corpora Naturalia.

§. VII.

Hæc licet quodam modo sufficienter dicta sint pro positivâ existentiâ formarum substantialium. Coronidis tamen loco & ob evidentiorē adserionis nostræ plenitudinem, duo nobis observanda supersunt. Primum est nullas formas substantialias rerum naturalium hodie vel ex idearum fonte, vel ipsius materiæ sive & interventu, vel deniqvè ab influentiâ corporum Cœlestium in materiæ receptaculum influere, sed vi benedictionis divinæ per traducem beneficio seminis propagari sine ullâ sui mutatione, alteratione & divisione. Sciendum ergo, ut ut de modo, qvomodo formæ substantialies propagentur, & in materiam subeant, exqvisitu adeo difficile est, ut pauis expediri hac vice nequeat, sine veritatis jacturâ adseri posse formas sui promotione gignere alias, quæ certo tempore, semine jam perfectius elaborato, in hominibus & brutis in foetus, in plantis in germina sese indunt, eodem certè modo, quo in accretionibus indunt sese in alimenti novam materiam. Hinc objici posse videtur, qvod quicquid aliquando oritur, neque tamen ullam ratione suæ efficientiæ agnoscit materiam, id hoc ipso statui per Creationem produci, cum creatio nihil aliud sit, qvam productio rei ex nihilo, hoc est ex nullâ præexistente materiâ. Quid verò respondendum nobis sit, jam satis forte quis colligere potest ex iis, quæ jam dicta sunt. At si quispiam quid amplius desiderat, audenter adfirmaverimus formas non fieri ex materiâ ratione originis, neque ex creatione, licet generentur ex nihilo. Non illud, qvia ex eo qvod gignantur in & cum materia, non statim sequitur eas produci à materia, vel ex ea formaliter constitui. Neque hoc, perplurima namque producuntur per generationis opus, quæ tamen non ex aliquâ materia vel ejus

potentia educuntur, utpote species intelligibiles; Accidentia tamen immaterialia nobiscum cognata. E.g. Intellectus & voluntas. Ita etiam habitus notitiarum generantur in nobis sine materia.

Alterum notatu & observatione dignum, dicta sacra scripturae, quae habentur Gen. 9. vers. 4. Levit. 17. v. 14. Deut. 12. v. 23. Inane Cartesianis præbere κρήσθυγελον pro explodenda forma substantiali. Sangvis enim nullatenus spectat ad essentialem Corporis σύστασιν in ἡώ fieri, licet certo quodammodo faciat ad esse corporis constituti, ei communicando vigorem vitalem, & conservandis primis vitæ staminibus, humido scilicet radicali & calido εμφύτω materiam & pabulum conferendo ceu ultimum ejus nutrimentum. At jam non sine veritatis dispendio maximâque absurditatis seqvelâ adseri potest idem esse partem corporis constitutivam primordialem & primigeniam, & nihilosecius alimentitiam & nutrientem. Sequeretur enim hinc sanguinem esse nutrientem & nutriendum, quod est apposatum in opposito. Et esse partem tum actualiter, tum potestativè. At ex utroq; hocce concessio multum fluit absurditatis. Absurdum ergo quoq; erit quod de sanguine ceu altera parte essentiali adseritur. Nulla etenim pars corporis, nihilque de illâ citra alterationem & mutilationem corporis abesse potest, sed jam quotidiana experientia constat multum sanguinis sepissimè effundie corpore, eo nihilosecius illæso salvoq; manente.

S. VIII.

Ex his omnibus & singulis jam allatis, benigne & ingenuo Lector, vidisti queis rationum firmarum ponderibus, iisq; ab ipsâ verâ experienciâ, perres quam rei firmandæ veritas, petitis, substantiali qvandam dari formam conclusi: qvantâ illarum virtutis varietate præclara quæ in rerum naturâ cernuntur phœnomena, producuntur. Vidisti jam adversariorum sententias, & quo veritatis fulcro firmatae sunt eorum opinio-

nes, qui h̄bi ipsiis non etedunt, suis oculis & experientia fidem, negant, quique usquē adeō contendunt ac mirē sese torquent, ut rationum momentis, qvid dicam rationum momentis? ut, qvibusdam quasi nefandis conjecturarum inanum quisquiliis id fieri non posse evincant, quod esse in naturā quotidie vel per se vel ab aliis percipiunt, ab experientia discunt, ipsumet vident, & variis ab indiciis deprehendunt. Audivisti qvomo-
do quadamtenus omnium rerum principium sunt & finis, adeo ut adventu seu accessu earum esse cuncta incipient, dilectu-
ro quodammodo confessim desinere, exanimari, suis omnibus
ornamentis privari, decrescere, exarescere ac putrescere necesse
habeant; Sed desino h̄cē repetere, dissertationam hanc telam in
medio adhuc quasi opere abrumpens, longē plura disquisiturus,
& forsitan ejusmodi, ut ista haud parum adhuc lucis & certitudinis
meā assertioni adderent nisi mihi aliorum ex transver-
so irruentium occupationum telis exposito, aut securo, angu-
stia certē dissertationis plus justo pr̄ter votum meum & opi-
nionem exercentis prohibuissent: adeo ut ea ipsa, qvā adhuc
magnā in copiā meo currenti calamo se ingerunt, in chartam
conjicere non sustineam.

§. IX.

Trutinanto nunc igitur haud iniqui rerum & simatores
& qvā mente quicquid rationum bono jure adduxerim, tum in
meam, tum contra adversariorum minus rectē judicantium,
sententiam. Si autem à linea veritatis heic alioversum & in
errorum scopulos deflexisse ostendar, non inanibus logis, sed
rationum haud elumbium propugnaculis, agnoscam me oppi-
dō obnoxium à partium studio alieno judici. Interim tamen
meā immotus adhæreo sententiæ, usquē dum veritatis lux ma-
jor ab alterā parte affulserit, qvā quaquaversum suum jubar
diffundente, pedem reducam, & ad contrariae opinioni fayentium

cursum animum meum revocabo. Hoc enim mihi semper penitus habui persuasum, (quod & nullus non sibi ingenuus) non meum constrictio[n]is intra claustra ingenium magis ligari, quam aliorum, non esse mihi magis venalem veritatem, quam vel cuius alij ingenuo; Qui igitur mihi non esset integrum ingenii mei velis erumpere in lucem, meoque uti genio. Et candidè pro iudicii mei acumine, discurrere de rebus, de quæs[us] controverſiæ quoque ferram alii reciprocant & disquisitionis funiculum non minus jucundum, quam maximè conducibilem trahunt? Cur ademptam mihi crederem facultatem, curiosius in subtile rerum ipsarum descendendi scrutinium, inq[uis] rerum causas inquirendi? & cognoscendi, quid solidum crepet? aut pilla tactoria lingue? quod cum dico, finio, ne modum exceedam, & per omnia vice spatia ingemino.

**Gloria sit Patri, sit Nato Gloria Sancto,
Gloria Spiritui, Triadi sit Gloria Sacra!**

